62030/B

D
d.9

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

ALBINUS, F.B.

(Vol.1.)

XVII, 1

E.C.1

FRID. BERN. ALBINI

DE

NATURA HOMINIS

LIBELLUS.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON 11, CHANDOS ST. CAVENDISH SQ
Established 1773

LUGDUNI BATAVORUM

APUD PETRUM DELFOS, JUN.

MDCCLXXV.

Naturam humano in corpore, quas actuoſa facit, lacunas replere ex peregrinis, aptareque; detritis ſe, ac ſuperfluis liberare; ſcitu curioſum, & proficuum.

At ſic facti homines; ut, quae extus fiunt, indagent ea & admirentur; quaeque intus accidunt, ignorent; quin ſua negligant, nec curent.

Solatium idcirco in aegritudine haberent nullum; ni, quae ad conſervationem ſuam eadem natura moliatur, obſervarent medici, & in doctrinae componerent formam.

Quos inter laudabiliores poſitos limites haud excedunt:

Quippe generalioribus contenti ſe, aliosque; peſſime fallunt.

Dum, qui aeque imprudentes, petulantiae ſuae indulgent, cuncta ſe probe intelligere ſibi ſolis perſuadent.

Tutiusque medium tenent cauti, qui, auctoritatum negligentiores, diligenter inquirunt ipſi.

Atque in hoc optimam & tutam ſequuntur viam; qui, evitata lanienâ, demortuorum corpora arte rimantur; neque cum vivis, ſanis aeque ac aegrotis, ea conferre negligunt.

Neutiquam enim fallit, quae cadaveris conſtructionem, apta-

tato adminiculo, ſolvit anatome.

Nec, quae in vivis apparent, colligere iis grave, qui, nullis opinionibus praeoccupati, ipſam quaerunt naturam.

Namque actuoſa haec ubivis ſe prodit, facemque praelucet: ut ſolum aberrent, qui ultra ſapere volunt, & in myſteria penetrare.

Certe ſi illud vitaſſent eruditi ſcrupuloſius; tot medicam haud opprimerent ſcientiam compoſiturae; neque, pro mentis acutie diverſa compilatae, mox cum auctoribus illae perirent, novisque cederent.

Durum quidem plerisque videtur & forſan ignominioſum,

ſaepius ignorantiam fateri.

Sufficit autem prudentioribus, ſi, quid fiat, intelligant, etiamſi, quo modo quidque fiat, ignorent.

Atque paucas veritates lubricis opinionibus, quamvis ſpecioſis, longe praeferunt.

Hypotheſes praeterea, ad inveniendum verum, ſternere viam, aegre conſentiunt: dum à recto potius abducere, & offundere tenebras, fidentius ſuſpicantur.

Quin in ſinu rident, vicesque eorum dolent, qui, cum philoſopho, hominem in mente pingunt.

Longe me ab hoc eſſe alienum, documento ſit, quem, in uſus conſcriptum academicos, emit-

emitto, de *natura hominis* libellus.

Quum enim non ſingendum, aut excogitandum, ſed inveniendum, quod natura faciat, aut ferat.

Neglectis conjecturis, ex ſectis artificioſe cadaveribus; ex oeconomiae humanae, tum integritate, tum ab aegritudine recreatione, attento perſpectis animo, hominem deſcribo totum.

Neque nova, quam profero, doctrina.

Cum quaſi eorum ſit compendium, quae frater, in anatome olim & chirurgia, dein & in phyſiologia ductor ac deceſſor, docuit in ſcholis.

Quin etiam complectatur cogitata, familiares inter ſermones

ab eo accepta; aliaque, aut in manuſcriptis obvia, aut impreſſis in operibus definita.

Quae ratio, quod defuncti ſcripta & icones, prae aliorum, licet probatis, laboribus, excitaverim; ac, ornante theatrum, ſupellectili ejusdem anatomica comprobaverim.

DISTRIBUTIO.

Naturam determinat totus homo.
Huc *corpus* ; *vis actuoſa; mens;* ſymbolam ſuam conferunt.
In ſingulo eadem *oeconomia;* parum differens pro *ſexu*, quo *marem* ac *feminam* priva diſtinguunt.
Ordinemque oeconomiae *vita*, *ejus conſervatio*, *exercitium*, atque *propagatio*, praeſcribunt.
Ex quibus *functio quadruplex* ſurgit.

Ad *vitam*, *calorem*, & *ſanitatem* faciunt praecipue *ſanguinis circumductio*, & *reſpiratio.*
Quibus vigentibus vigent haec, abolitis ſubſiſtunt.
Eſt *functio vitalis.*

Deterentem vitam conſervat *naturalis functio.*
In ea peregrinum, *appetitum fame, ſitive;* atque, *potione*, aut *morſu* ſumtum, *manducatur; deglutitur;* in *chymum*, *chylumque* ſubactum, *nutrit.*
Admiſcendi humores *ſecernuntur* utiles; inutiliaque *excernuntur.*

In

In vitae exercitio conſiſtit *functio animalis.*

Sentit illa & *movet.*

Senſatio ad *animam* pertinet.

Quae anima, in ſuo *domicilio*, ab *exteriore* objecta, ope *ſenſuum*, *tactus*, *guſtatus*, *olfactus*, *auditus*, *viſus*, excipit. Iisque notionibus ditior, in *interiore percipit*; recte *judicat ingenioſa*, turbate *fatua*; retinet *memoria*, vel *obliviſcitur*; fingit *imaginatione*; *dolet*; *placet* ſibi; *afficitur* denique.

Movet varie corpus *vigilans*; qui, *ſomno* ſepultus, quieſcit.

Genitali functione uterque *propagat ſexus.*

Atque *mas* & *femina*, *maturi*, *concurrunt*, *procreant*que ſui ſimilem *infantem*, quo ſpeciei interitus praecavetur.

Is ex ſimilibus, quibus genitores, *compoſitus*, eadem praeſtat, & lente depravatus *morte* decedit.

DE

DE
NATURA HOMINIS.

Natura.

1. Quid natura ſit, difficile determinatur.

2. In toto corpore eſſet conſpiratio ſenſationum ac functionum, ad integritatem & generationem corporis neceſſaria.

3. Singula praeterea [a] pars habet ſibi privam, qua id agit, quod injunctum, & in commune bonum confert. Eſt actio partis.

4. Haec [b] vitiis, morbisque affligitur.

5. Haec [c] medetur, aut morte exſtinguitur.

6. Haec [d], ſibi ſufficiens, ſine dolore agit, quae opus ſunt.

7.

a 1. 2. b 2. 3. c 2. 3. d 2. 3.

7. Haec [e] conveniens attrahit, alienum ſegregat.

8. Hanc [f] medicus, naturae miniſter, integram conſervat, impeditam juvat, obices tollit, incitat languentem, refraenat luxuriantem, debilitat, multisque moderatur modis.

9. Sine ea [g] nihil valet medicus.

10. Oportet igitur [h] medicum cognoſcere illam. [i]

11. Juvat ad hoc [k], totum hominem conſpexiſſe.

12. Quum pleraque naturae lateant; veri quid ac certi cognoſcere vix datur; niſi contemplando, obſervandoque vivum ſanum, morboſum; mortuum.

13. Conferunt huc [l] animalia; adjuvant experimenta, caſtaque ratiocinia.

14. In quibus [m] limites ſequi, prudentis eſt; ne in inquirendo fallatur, ſed erudiatur.

15.

e 2. 3. f 2. 3. g 2. 3. h 9. i 2. 3.
k 10. l 12. m 12. 13.

15. Itaque [n], qui indagat, nulli ſit addictus ſententiae, ſoli veritati litans.

Principia hominis.

16. Sunt in homine *corpus; vis actuoſa; mens.*

Corpus.

17. Conſtructum corpus, ut, accedente vi, actiones exerceat.

18. Sin minus [o] iners nihil agit.

19. Natura corporis latet.

20. Huic [p] phyſicae proprietates, cum ſolidis communes, conveniunt.

21. Suntque [q] ab illis, quae in vivo obſervantur, plane diverſae.

22. Quin quavis in particula ſingularis, propriaque indoles.

23. Qualis illa [r] ſit, nequit explicari.

24. Ideoque [s] corpus plus quam mera machina eſt.

n 14. o 17. p 19. q 20. r 22. s 22.

25. Errantque, qui mechaniſmum in homine defendunt.

26. Neque ideo [t] rejicienda adminicula phyſica.

27. Sed haud nimium iis [u] adſcribendum.

28. In corpore [v] ſunt; *firmum*, & *humor*.

29. Firmi materies ſingularis, propriaque.

30. Nec aqua, terra, oleum, ſal, vera ſunt principia [w].

31. Nec tuto primum ſtamen ſolidi eſſe terreum, glutine nexum, concluditur.

32. Firmi [x] variat firmitudo.

33. Format firmum [y] inſtrumenta; canales; receptacula; organa.

34. Canali & receptaculo includitur humor [z].

35. Firmum quoque humore humidum.

t 25. u 26. v 17. w 29. x 29.
y 29. z 28.

36. Humor [a] eſt nativus, vel excrementitius.

37. Similia ex eo [b] elicit ars principia, quae ex firmo [c], nec immutata, nec vera.

Vis actuoſa.

38. Sive *actuoſa vis*; ſive *impetum faciens*; ſive *ſenſilitas*; ſive *irritabilitas*; ſive *vitalis*, dicta, natura ſua non cognoſcitur.

39. Prodit ſe [d] ſolo motu.

40. Ille [e], ni exſtinguatur, plane quieſcere nequit.

41. Senſim vis haec [f] imminuitur; &, ſi deſinat, mors praeſens eſt.

42. Ideoque [g] vivum à mortuo diſtinguit.

43. Quamdiu minima [h] ſupereſt, etiamſi vix ſenſibilis, ſuſcitari poterit.

44. Difficile illud [i] diſtinguere.

45. Illa [k] vivit homo; haec animat, format, alit, auget, reficit, pathe-

a 34. b 36. c 30. d 38. e 39.
f 38. g 41. h 38. i 43. k 38.

thetico afficit, movet, ſentit, appetit, refugit, vigilat, dormit, creat.

46. Tota differt [l] à mente.

47. Eadem [m], in totum corpus diffuſa, in parte ſingula haeret.

48. Neque ideo [n] extenſa & dividua.

49. Etenim quae in corpus [o] cadunt, in vim actuoſam [p] non cadunt.

50. Eadem [q] in varia parte diverſa reſidet.

51. Non ſolum haec [r] in firmo [s], at in humore [t] quoque, modo excrementitius [u] non ſit, latet.

52. Illam [v] obſervata detegunt, & cauta experimenta.

53. Juvat [w] anatome, etiam comparata & pathologica.

54. Diſcernere haec [x], prudentis eſt, atque hypotheſes fugere, nec dubia cum certis confundere.

Mens.

[l] 38. [m] 38. [n] 47. [o] 17. [p] 38.
[q] 38. [r] 38. [s] 29. [t] 34. [u] 36.
[v] 38. [w] 52. [x] 52. 53.

Mens.

55. Mentis indoles ignota.

56. Hac [y] ſapit homo, intelligit, ratione utitur.

57. Proprium hujus [z]; concipere, judicare, reminiſci, cogitare, velle, imaginari, affici.

58. Haec [a], nec in vim actuoſam [b], nec in corpus [c], quadrant.

59. Illis [d], absque corpore, mens agit, neque corpus impedire poteſt.

60. Multum ad ſanitatem; multum ad morbos; mens confert.

61. Ideoque [e] conſiderare medicum oportet.

Conjunctio corporis, vis actuoſae, mentis.

62. Conſpirant corpus [f], vis actuoſa [g], & mens [h].

63. Phaenomena unionem [i] docent; cujus modus ignoratur.

Po-

y 55. z 55. a 55. b 38. c 17. d 57.
e 60. f 17. g 38. h 55. i 62.

Poteſtas agendi principiorum hominis [k] in ſe invicem.

64. Actuoſa vis [l] multis modis corpus [m] afficit; ab eoque afficitur.

65. Vix veroſimile; conjunctas inter ſe vim actuoſam [n] & mentem [o] unam conficere naturam, quae pro conditione partium corporis, quibus ineſt, alia efficit, aliaque; atque alio, alioque modo ab iis [p] afficitur.

66. Determinare [q] vetat ignota utriusque natura [r].

67. Dubium faciunt proprietates vis actuoſae in brutis ſimiles, ac in homine: illaeque mentis in homine ſolo perfectae; imperfectae, ſi ullae, in brutis.

Poteſtas mentis in corpus, corporis in mentem.

68. Mens agit in corpus; ac viciſſim corpus in mentem.

69.

k 16. l 38. m 17. n 38. o 55. p 38. 55. q 65. r 38. 55.

69. Mentem in totum corpus agere, docent affectus.

70. Ex eo [s] mens corpus ſaepe permutat, fingit.

71. Corpus afficere mentem, ex ſenſibus patet.

72. Ex mutua affectione [t] *actio voluntaria* ſurgit.

73. Haec [u] à voluntate mentis pendet, ac à corpore perficitur.

74. Haec [v], ſemel inchoata, mente non attendente, durat.

75. *Automatica actio* à ſolo corpore pendet; neque à mente valet prohiberi.

76. Alia ſimilis [w], in corpore & mente ſimul fit.

77. *Mixta* denique ſponte agit, & à mente mutari poteſt, ceſſanteque voluntate pergit.

78. Cunctae [x] cum tranquillitate & jucunditate perficiuntur, modo integritas adſit.

s 69. t 68. u 72. v 72. w 75.
x 72. 75. 76. 77.

79. Ultra vires ſi intendantur [y], moleſtia naſcitur & labor.

Diverſitas hominis.

80. Homo differt *ſexu*, *aetate*, *temperie.*

81. *Sexus* in *marem*, & *foeminam* diſtinguit.

82. Foemina viro mollior, mente imbecillior.

83. *Aetate*, eſt infans, puer, juvenis, vir, ſenex, decrepitus.

84. Uterque [z], per aetatem [a], corpore & mente creſcit; ſenex mente & corpore decreſcit.

85. *Temperie*, homo eſt ſanguineus, bilioſus, phlegmaticus.

86. Plurimum ad diverſitatem reliquam videntur conferre nutrimenta, quae homo ſumit; regio & ſidus, quae colit.

87. Etenim corpus ab incunabulis mentem videtur formare, fingereque: mens corpus.

y 72. 75. 76. 77. z 81. a 83.

88. Neque minus intus variare; ut duo vix congruant cadavera, docet anatome.

Oeconomia hominis.

89. Corpus vivum agit, multisque defungitur.

90. Eſt *functio* agendi potſtas, quae efficere apta, quamvis non efficiat.

91. *Actio* re ipſa efficit.

92. *Functio* eſt *vitalis*, *naturalis*, *animalis*, *genitalis*.

FUNCTIO VITALIS.

93. Vitalis functio ad *vitam* eſt neceſſaria.

94. Ea [b] agente adeſt vita; ea ſublata deſinit vita.

95. Nulla functio [c], nec actio [d], viget absque eo, quod corpus vivat.

Vita.

96. Vita quid ſit, determinari vix poteſt.

97. Haec [e] ſolis phaenomenis ſe declarat.

98. Separari ea [f] à motu nequit.

99. Is motus [g] in firmo [h] aeque notatur, quam in humore [i].

100. Eâdem [k] corpus tumet, turget.

101. Illud ergo actuoſum [l] facit vitam & motu ſe prodit,

102. Neque hoc [m] à mente pendet; quum durat, eaque nolente.

103.

b 93. c 90. d 91. e 96. f 96. g 98.
h 29. i 34. k 96. l 38. m 101.

103. Haud dubium; vitam in perenni motu, nec interrupto, perſiſtere.

104. Hunc [n] actiones vitales declarant.

105. Attamen ſine harum [o] indicio ſaepe adeſt vita.

106. Quae [p] minima in ſuffocatis, ſubmerſis, excitatur ſubſidiis.

107. Quare [q] mox concludere non oportet, cadaver eſſe, dum nulla motus [r] ſigna patent; quia minima [s] vita latet.

108. Minus errat, qui totam molem corpoream contemplatur, ejusque collapſum, ac mutationem, qualis in moribundis accidit.

Calor.

109. Cum vita [t] junctus *calor* eſt.

110. Is [u] poſt mortem ceſſat.

111. Principium hujus [v] intus latet; nec ab exteriori accedit.

112.

[n] 103. [o] 104. [p] 105. [q] 106. [r] 103. [s] 106. [t] 96. [u] 109. [v] 109.

112. Vix videtur attritus caloris [w] cauſa.

113. Motu animali calor [x] intenditur; torpetque quiete.

114. Obſervatur hic [y] minor in embryone; aetate creſcit; decreſcit in ſene.

115. In quaque conditione [z] per morbos intenditur, imminuitur.

Sanitas.

116. Perfecta vita [a], in qua totum corpus viget, omnisque functio [b] legitime exercetur, *ſanitas* eſt.

117. Cui perfecta omnia: is dici poterit perfecte ſanus.

118. Ab illa perfectione [c] multis modis receditur; ut igitur homo ſanus ſit.

119. Idcirco [d] cuique ſua ſanitas: nam perfectionis plurimi ſunt gradus.

Cir-

w 109. x 109. y 109. z 114. a 96. b 90. c 117. d 118.

Circuitus ſanguinis.

120. Cruoris per corpus circumductione vigente viget calor [e], vigent ſecretiones, omneſque corporis functiones [f] reliquae.

121. Suppreſſa eadem [g], vita [h] ſupprimitur.

122. Imminuta hac [i], aut deſinente, ſilent cuncta.

123. Hujus [k] inſtrumentum *cor*, in *pericardio* latens, & *canalis.*

Pericardium.

124. Pericardium, cordis involucrum, forma reſpondens, ſeparat hoc, quo minus impediatur, aut impediat.

125. Hoc [l] membranaceum, clauſum, infra diaphragmati, in lateribus pleuris, ante ſterno & cartilaginibus coſtarum verarum ſiniſtrarum inferiorum, retro oeſophago & aortae de-

e 109. f 90. g 120. h 96. i 120.
k 120. l 124.

deſcendenti, ſupra venis cavis & pulmonaribus atque arteriis adhaeret; nullibi perforatum.

126. Sic [m] cohaerens, circa cor ſine rugis expanſum, tunicam externam cordis conſtituit,

127. Liberum itaque in eo [n] cor movetur.

128. Intus pericardium [o] lubricum, rore madidum.

129. Quem rorem [p] exhalant tenuia vaſa; reſorbent inhalantia.

130. Hic [q] ideo [r] continuo renovatur.

131. Idem [s] lubricat, accretionemque prohibet, quo motus cordis [t] ſit promptior.

132. Is [u] per mortem condenſatur in humorem; in vita per morbos.

Cor.

133. Cor, in medio pectore, duos in-

m 125. n 124. o 124. p 128. q 128. Supel. anat. pars alt. 54. r 129. s 128. t 168. u 128.

inter pulmones, locatum, baſi à vaſis ſuſpenſum, cuſpide ſiniſtrorſum inclinante, liberum eſt [v].

134. Conſtat cor cavis binis, in unum conjunctis.

135. Bina haec [w], dextrum & ſiniſtrum, inter ſe vicina ac diſcreta, unicum viſcus faciunt.

136. Siniſtrum [x] pro toto corpore; dextrum pro ſolis pulmonibus, ſervit.

137. Neque mirum; ſiniſtrum dextro eſſe robuſtius.

138. Illud [y] ex ampliori ſemper coanguſtatur, capacitatis inſtar conicae, craſſaque carne continetur per circuitum.

139. Hoc [z], lunae creſcentis forma, à baſi ad mucronem ſenſim imminuitur.

140. Quodque [a] habet oſtia duo: alterum, quo accipit, venoſum; alterum, quod ejicit, arterioſum.

141.

v Supel. anat. pars pr. 85. w 134. Supel. anat. pars alt. 61. x 135. y 137. z 137. a 137.

141. Haec [b] baſin occupant; ac venoſa oſtia arterioſis videntur majora.

142. Venoſis [c] juncti ſinus & aures, burſulis ſimiles, expanſiles.

143. Dextra auris major, differens adjunctionis modo.

144. Siquidem dextro oſtio adſtat ſinus dexter major, cui à latere juncta auris cum hoc receptaculum facit unum, quod, ex ambitu cordis ſurgens, in ſinum & aurem explicatur.

145. Siniſter ſinus, ex circuitu altero cordis natus, diſtinctus, anguſtiore oſculo expanſam aurem excipit ſiniſtram.

146. Duo haec cava [d], medio pariete impervio, à ſe invicem ſunt diſtincta.

147. Valvulae oſtiis cordis, venoſo arterioſoque [e], appoſitae.

148. Quae venoſis [f], tricuſpides, tri-

b 140. c 140. d 145. e 140. f 140. Supel. anat. pars pr. 86.

trilochines; in dextro mitrales, dicuntur.

149. Quae arterioſis [g], ſemilunares.

150. Tricuſpides [h], ex pariete ventriculi, inter baſim mucronemque cordis, ortae, ſecundum parietem tendunt ad oſtium venoſum, ad quod pertinent.

151. Venoſo dextro rotundiori tres [i], ſiniſtro fere ovato binae, inhaerent.

152. Semilunares [k], in utroque oſtio arterioſo tres, membranae velut tendineae, tenues, gibbo circuitu oriuntur. Extremis cornubus, quibus & media parte arteriis inhaerent, altera alteram per arteriae circuitum contingunt.

153. Quae [l] in axi capacitatis arteriae nodulis ſuis apte conveniunt inter ſe, ſicuti rimula non pateat.

154. Corpus cordis, ſinus atque aures, muſculoſa ſunt [m].

155.

g 140. h 148. i 150. k 149. l 152.
m 134. 142.

155. Caro cordis, ſiniſtrum ventriculum ambiens, circa circuitum dimidium ab utraque parte velut in binas finditur partes, quarum craſſior ſiniſtrum ventriculum cingit: interque binas dexter eſt medius.

156. Eadem [n] in fibras, vel planas tenueſque lamellas, diſtincta, ex carneis filis craſſioribus, tenuioribus conficitur.

157. Harumque [o] mira circumvolutio.

158. Etenim ex margine tendinoſo, oſtia cingente, ortae [p], implicatae, recte atque oblique dimiſſae, circa conum cordis in ſe mutuo contorquentur.

159. Neque omnes [q] in tendinem ad oſtia cordis redeunt, ſed aliae in itinere demenſae; aliae in carneas columnas, ex utriusque ventriculi latere protuberantes, terminantur.

160.

n 155. o 156. p 157. q 156.

160. Eaedem [r] diverſos tendines in valvulas, cum ipſo tendine in baſi cordis conjunctas, emittunt.

161. Qui tendines [s], in ramos fiſſi, divergentes vertuntur in exiles aponeuroſes, tres in dextro, duas in ſiniſtro, ex obtuſo mucrone lateſcentes, donec non longe ab oſtio circuitum impleant, confluantque in aponeuroſem unam, quae oſtio continuatur ad radicem receptaculi venoſi per circuitum totum.

162. Illae aponeuroſes [t] valvulas tricuspides & mitrales [u] conficiunt.

163. Aurium & ſinuum non minus artificioſa ſtructura.

164. Haec [v], ex duplici fibrarum ordine conſtructa, contrario decurſu, in oppoſitos tendines, in cordis baſin communes, fertur.

165. Ad carnem cordis [w] arteriae venae-

r 156. s 160. t 161. u 148. v 163. w 155.

venaeque coronariae ſanguinem advehunt, revehuntque in ſinum dextrum.

166. Nervi ex octavo pari & intercoſtali diſſeminantur per cor.

167. Qui [x], tum inter arterias, pulmonalem & aortam, incedunt; tum alium ſervant decurſum.

168. Membrana interior tenuis, laevis, ſtricte adhaerens, cor intus veſtit, nec impedimento eſt; dum exterior craſſior ſit.

169. Cordis actio eſt motus.

170. Illo [y] contractio & relaxatio abſolvitur.

171. Contractione cor in anguſtum conſtringitur, mucrone ad baſin ducto dureſcit, palleſcit.

172. Haec [z] eſt *ſyſtole*.

173. Relaxatione dilatatur cor, diſtenditur, longius fit & laxum.

174. Illa [a] *diaſtole* eſt.

175.

x 166. y 169. z 171. a 173.

175. Quae inter diaſtolen & ſyſtolen morula, eſt *periſyſtole.*

176. Neque in toto corde contractio illa ac relaxatio [b] eodem fiunt tempore; at diverſo.

177. Namque alterna nec interrupta viciſſitudine auriculae cum ſinubus & corpus cordis ſe contrahunt, rurſusque remittunt.

Canalis.

178. Qui humorem à corde in corpus ducit, reducitque canalis, arteria eſt atque vena.

179. A quoque oſtio ventriculorum arterioſo [c] oritur arteria.

180. A ſiniſtri aorta; à dextri pulmonalis [d].

181. Vena in quemque ſinum [e] terminatur.

182. In dextrum cava; in ſiniſtrum pulmonalis [f].

183.

b 170. c 140. d 179. e 142. f 181.

183. Qui canales [g] in ramos diſtribuuntur.

184. Aorta & cava [h] in totum corpus, exceptis pulmonibus, pertinent.

185. Ad pulmones totos & ſolos arteria & vena pulmonales [i].

186. Suntque canales [k] aliquo modo conici, poſtea cylindrici; atque intorti.

187. Eorum [l] tunica altera nervoſa in celluloſam exit.

188. Altera [m] ex filis firmis, duris, flexilibus, denſe compactis, forma circulari; in arteria craſſioribus.

189. Tertia [n] tenuis, minime corruganda, laevis, ab interiori parte veſtit [o].

190. In venis, praeter haec [p], conſpicuae in interiori valvulae tenues, per

g 178. h 180, 182. i 182. k 178. l 186. Supel. anat. pars pr. 64, 65, 66, m 187, n 187. o B. S. Alb. ann. ac. l. 4. c. 8. p 187. 188, 189. Supel. anat. pars alt. 49.

per intervalla nunc geminatim, nunc ſingulatim, diſpoſitae, ſenſim verſus cor hiantes, infra clauſae.

191. Habent hae [q] figuram fere ſigmoideam; atque una parte lateribus ita coaleſcunt, ut videantur clauſae; altera ſunt adapertae.

192. Inveniuntur arteriae, quae ſanguinem continent, ſanguiferae; quae ſerum, ſeriferae; quae lympham, lymphaeferae.

193. Probabile eſt; ut ſanguiferae [r] in venas vertuntur ſanguiferas, ſic caeteris ſeriebus quibusque ſuas reſpondere venas.

194. Per canales [s], praeter motum [t], fieri videtur particularum humoris ſeparatio, diſſolutio, collectio atque miſcela.

Sanguis.

195. Humorem canalis [u] continet. San-

q 191. r 192. s 178. t 210. u 178.

Sanguinem, humorem rubrum, ſpiſſumque arteria.
Obſcuriorem vena.
Serum ultra, lympham, ſimiles.

196. Sanguis, è vulnere eductus, videtur homogeneus.

197. Sibi relictus & refrigeratus [v] dat craſſamentum, inſulam rubram, natantem in ſero, humore viſcido, gelatinoſo, flaveſcente; dum, ſub forma vaporis, tenuiſſima lympha exhalat.

198. Fluido ſanguini ex eo [w] ineſt coagulandi cohaerendique & concreſcendi niſus.

199. Sanguis arterioſus citius concreſcit, quam venoſus [x].

200. Vix autem videtur fibroſum ineſſe ſanguini vivo: quod demum poſt frigus & ablutionem apparet [y].

201. Quum ignis plurimum mutet; quae ars ex ſanguine elicit, revera dari

v 196. w 197. x. 195. y Supel. anat. pars pr. 294.

ri in eo, affirmare haud licet: neque ſenſus confirmant.

202. Ruber vero ſanguis ad conſpicilla invenitur conſtare veluti è globulis, permiſtis liquori tenuiori, non rubro.

203. Qui globuli [z] nixu quodam cohaerent inter ſe, ſeſe appetunt & apprehendunt; ſormaque rotunda fiunt.

204. In vaſa anguſtiora tranſeuns globulus, oblongior fit, ovatus: ſi expediatur, in rotundam redit formam.

205. Preſſione idem [a] in minores diſſilit, perdita rubedine pellucentes, ſimilesque liquori tenuiori, ſeu ſero, cum quo nulli globuli permixti.

206. Seri guttulis [b] idem nixus [c] ineſt, qui rubris, docente forma rotunda.

207. Praeter ſerum [d] lympha tenuior, cryſtallina.

208.

z 202. a 204. b 195. 197. c 198.
d 195, 197.

208. Forte ea [e] ſubtilior, ſimiliter ex gutulis conſtat.

209. Quantitas ſanguinis [f], in corpore contenti, ſuperat longe quantitatem ſolidorum.

210. Menſura autem recte determinari vix poterit.

211. Quae [g] ex capacitate vaſis deſumitur, atque ex ponderis ratione, incerta eſt.

Sanguinis motus.

212. Sanguis certe continenter & velociter omnis progreditur; motuque inteſtino ſimul agitatur.

213. Progreditur à corde per corpus, adque cor redit; quo per cor & arterias; ex iisque in venas, tranſit.

214. Per cor fluit; dum per cavas ex corpore omni, exceptis pulmonibus, cruor defertur in receptaculum venoſum dextrum.

Ex

e 207. f 195. g 210.

Ex eo, per oſtium venoſum, in ventriculum dextrum.

Inde, per oſtium arterioſum, in arteriam pulmonalem, quae in venas pulmonales pellit; ut ad receptaculum venoſum ſiniſtrum perveniat.

Ex quo, per oſtium venoſum, in ventriculum ſiniſtrum.

Ex eoque, per arterioſum, intra aortam.

215. Cor ergo accipit, pellitque ſanguinem; dum diſtenditur impletum, contractumque evacuatur.

216. Ventriculi bini, uno eodemque tempore contracti, ſe evacuant ſimul; uno & eodem relaxati, impletique diſtenduntur.

217. Quin aures, ſinus, arteriae ſibi reſpondent.

218. Itaque quo tempore cor ſuis ventriculis eſt in ſyſtole [h]; illo ſinus, aures atque arteriae ſunt in diaſtole [i].

h 172. i 174.

219. Eaque ſeries [k] tam ſubitanea eſt, ut uno momento abſolvi videatur.

220. Adjuvant [l] valvulae, quae ſanguinis in cor ingreſſum non impediunt; & in egreſſu reditum praecavent

221. Tricuſpides ſcilicet & mitrales [m], laxato corde, laxae & ipſae, applicatae parieti ventriculi, admittunt ſanguinem; eoque irruente applicantur magis.

222. Unaque opera major altera [n] earum viae obtenditur, quae ducit in oſtium arterioſum, impeditque ſanguinem in illud fluere.

223. Conſtricto corde eaedem [o], cruore illas inter & parietem ventriculi pulſo, attolluntur, explicantur, obtenduntur, oſtiumque venoſum claudunt, ne ſanguis ex ventriculo regrediatur.

224. Eodem tempore [p] columnae [q] affi-

k 218. l 219. m 148. n 221. o 221. p 223. q 169.

affixae, ſimul contractae, has [r] retinent; ut minime vi preſſi ſanguinis cedant.

225. Qua opera [s], ſurgente tricuspidum majore [t], via in oſtium arterioſum aperitur, ſanguinemque excipit.

226. Quando anguſtatum cor cruorem in oſtia arterioſa, arteriasque pellit: mox ſemilunares [u] removentur applicatae parieti oſtii & arteriae; neque amplius ſanguini egreſſuro impedimento ſunt.

227. Iterum laxato corde, nitentibus arteriis, à ſanguine repulſo eaedem [v], adductis cornubus, intra capacitatem arteriae oſtiique ſurgunt; erectaeque, cavis partibus arteriae obverſis progredienti, ſeſeque contingentes in lateribus, hanc implent, obturant oſtium, ſanguinemque, qui ex arteria in cor repelleretur, ſuſtinent.

228.

r 221. s 224. t 222. u 152. v 152.

228. Tradit haec ſtructura[w], probantque experimenta.

229. Quae ſanguinis copia ex corde contracto una expellatur vice, vix recte determinatur.

230. Videtur cor in diaſtole[x], quantum continere poſſit, excipere; inque ſyſtole[y] id omne expellere.

231. Fluit ulterius ſanguis, à corde pulſus, per aortam, totum corpus, ut per venas cavas circulum abſolvat.

232. Per arterias ſanguinem progredi, ex iisque in venas redire, firmant valvulae, vulnus, vinculum, quantitas, transfuſio.

233. Tranſitum per anaſtomoſes fieri, difficile determinatur.

234. Anaſtomoſes negant ratio, experimentum, autopſia.

235. Vixque probant injectio, conſpicillum.

236. Inteſtinus ſanguinis fit motus,

w 212--227. x 174. y 172.

tus, quum particulae variae agitentur.

237. Quem motum [z] juvant incurſus oppoſitus, receſſus, commiſtio, ſeparatio, canalis figura, preſſio, calor.

238. Sanguinem pellit vis, qua cor & canalis ſe contrahunt.

239. Contrahunt [a] ſe fabrica musculari.

240. Eamque contractionem [b] irritatio excitat.

241. Vixque illam [c] pendere à calore declarat hujus in corde haud major gradus quam alibi in corpore.

242. Multoque minus à fermento: quod nec in corde; nec in ſanguine; nec in alia parte probatur.

243. Rectius forte ſanguinis influxus, cava cordis diſtendens, incitat.

244. Neque influens per coronarias in cor, dum eſt in diaſtole; ex aorta in ſyſtole, conferre videtur.

245.

z 236. a 238. b 239. c 240.

245. Etenim valvulae ſemilunatae aortae minime in omnibus obtenduntur; ſed ultra eas ſaepius hiant oſtia.

246. Neque neceſſe, recurrere ad preſſos inter arterias nervos: quod naturae contrarium.

247. Quo robore cor agat, aeſtimari vix poteſt: neque tantum requiritur, quantum cenſetur.

248. Etenim obſtacula minus cognita, minusque valida; ac opinantur.

249. Virtus, quae contractionem [d] efficit, ipſi cordi, auribus, ſinubus, arteriis ineſt; nec aliunde adſertur.

250. Eaque [e] magis viget in ſiniſtro ventriculo ob majorem reſiſtentiam, atque majus moventis momentum, quam in dextro.

251. Hunc ſanguinis motum [f], vario tempore varium, auget vel minuit

d 240. e 249. f 212-250.

nuit pulmonum actio, exercitium corporis, mentis affectus, calor, compreſſio, frigus, alia.

252. Eaque agitatione [g] particulae ſanguinis ante, retro, in latera, propter ramos, conjunctiones, aliaque, quae occurrunt, propelluntur velocitate non menſurabili.

253. Ex eadem [h] pulſus ſurgit, in corde atque arteriis ſenſilis: minus, vixque ullus, in venis.

254. Hic [i] in variis varius, ſubito, celerrimeque corpus totum percurrens, à corde inchoat.

255. Dubium; utrum inde [k] fluiditas ſanguinis, denſitas, pondus, color, rotundaque particularum forma, pendeant.

256. Videtur potius agnoſcenda vis actuoſa, qua in omni animali fit, quod extra illud non fiat.

257. Neque tutius calor & vita ex illa [l] derivantur.

258.

g 251. Supel. anat. pars pr. 67 68. pars alt. 48.
h 251. i 253. k 253. l 256.

258. Etenim firmum corporis vivit; totumque ex vaſis conſtare, nec impletio, ſemper aliquid non impletum, incognitumque, relinquens; nec conſpicillum; nec vulnera; nec inflammatio; nec ratio ſecure demonſtrant.

259. Quin natura cuique parti propria, differensque à vaſis, quae inſunt, contrarium docere videntur[m].

260. Certius hoc: ſanguinem, quamdiu vivit homo, continuo in circuitu perennare velocitate vix aeſtimanda.

261. Cujus[n] durationis cauſa difficile determinatur: uti intus lateat; vel extus adveniat.

262. Prudentius lex naturae ponitur; qua cor, alterna viciſſitudine contrahit ſe, remittitqne.

263. Quin conſuetudini locus datur[o].

264.

m 258. B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 1. l. 4. c. 14. l. 5. c. 12. n 260. o 261. B. S. Alb. ann. ac. l. 2. c. 16.

264. Quum circuitus [p] ita peragitur, ut homo ſine ullo incommodo functiones exerceat, vita ſana eſt.

265. Si quocunque modo ab hoc ſtatu receſſerit [q], vita eſt morboſa.

Reſpiratio.

266. *Reſpiratione* ſpiritus ducitur, alterna viciſſitudine attractus, rurſusque emiſſus.

267. Ducitur ſpiritus [r] per os, naresque in pulmones, in thorace ſitos; per eandemque viam educitur.

268. Absque ea reſpiratione [s] non ſubſiſtit aut tranquillitas, aut ſanitas, aut vita.

Thorax.

269. *Thorax*, crates partim oſſea, partim cartilaginea, partimque membranacea, tota mutabilis eſt, cum ſtabilitate juncta [t].

p 120. q 120. r 266. s 266. t B. S. Alb. de ſcelet. c. 16. 19. ſcel. t. 1. 2. 3. Sup. an. pars alt. 311.

270. Fundamentum thoracis [u] faciunt duodecim dorſi vertebrae, in unam columnam dearticulatae; quae extrorſum curvata, flexilis cum quadam firmitudine [v].

271. Cuique columnae hujus [w] lateri annexae duodecim coſtae, cum vertebris articulatae; indeque per latera declinatae, in anteriorem curvaturam ſurgentes, extremis cartilagineis, elaſticis terminatae [x].

272. Septem coſtae ſuperiorum ad os pectoris [y], extremis cartilagineis, accedunt; cum eoque, articulis mobilibus, ad diverſos angulos committuntur.

273. Cavum ex his [z] oblongum fit, ovatum, à ſuperiori anguſtum, deorſum amplificatum, lateribus longius, brevius à priori, à poſteriori excurrens,

u 269 Supel. anat. pars alt. 214. 215. v B. S. Alb. de ſcel. c. 9. 10. 11. 12. 13. 14. oſſ. t. 8. 9. 10. w 270. x B. S. Alb. de ſcel. c. 18. oſſ. t. 11. 12. 13. y B. S. Alb. de ſcel. c. 17. oſſ. t. 14. Supel. anat. pars alt. 313. 314. 315. 316. 317. 45. 46. z 271. 272.

rens, ſupra & infra patulum, intus per binas pleuras, mediumque pericardium, diſtinctum.

274. Cujus cavi [a] capacitas, ad certam menſuram, augetur, coanguſtatur.

275. Augetur [b]:

ex transverſo; ſeptem ſupremis coſtis paribus ad ſummas ſtabiliores ſublatis:

in profundo; quando eaedem coſtae ſternum ſurſum & antrorſum propellunt:

in longitudine; diaphragmate contracto, cedente.

276. Quam mutationem [c] efficiunt muſculi:

intercoſtales externi [d], internique [e], qui coſtas attollunt;

diaphragma [f], quod deorſum complanatur.

277.

a 273. *b* 273. *c* 275. *d* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 129. muſc. t. 2. Supel. anat. pars alt. 44. *e* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 130. muſc. t. 2. *f* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 81. muſc. t. 4.

277. Quibus [g] accenſentur: ſcaleni [h]; ſerrati poſtici ſuperiores [i], antici [k], laterales [l]; pectorales [m]; levatores coſtarum [n]; ſterno [o] & cleidomaſtoidaei [p].

278. Hi [q] parum, ſi quid, adjuvant in laborioſa reſpiratione.

279. Coanguſtatur [r] thorax, ſponteque ſubſidet, ceſſantibus viribus.

280. Neque obliqui externi [s], interni [t]; transverſi [u]; recti [v]; ſacrolumbales [w]; longiſſimi dorſi [x]; ſerrati poſtici inferiores [y]; illud [z] adjuvant.

Pul-

g 276. *h* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 132. 133. 134. 135. muſc. t. 3. 4. *i* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 103. muſc. t. 6. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 72. muſc. t. 2. *l* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 74. muſc. t. 9. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 71. muſc. t. 1. *n* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 127. 128. muſc. t. 8. *o* B. S. hiſt. muſc. l. 3. c. 36. muſc. t. 2. *p* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 37. muſc. t. 2. *q* 277. *r* 274. *s* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 75. muſc. t. 1. *t* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 76. muſc. t. 2. *u* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 77. muſc. t. 3. *v* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 78. muſc. t. 2. *w* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 113. muſc. t. 7. *x* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 113. muſc. t. 7. *y* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 104. muſc. t. 6. *z* 279.

Pulmones.

281. Mobili in pectore [a], intra pleurae ſaccos, bini *pulmones*, ad capacitatem figurati, pericardio cedentes, pleni, diſtentique, etiam à morte, cava [b] tenent.

282. Nullus aër, in quali degit homo, circa pulmones [c] invenitur.

283. Laxos pulmones [d], fabrica molles, ſpongiae ſimiles, tunica ſtricta, tenuis tegit.

Spiritalis fiſtula.

284. Pulmones [e] excipit *ſpiritalis fiſtula*.

285. Haec [f], canalis conoideus, ſub faucibus & lingua inchoatus, per collum in pectus penetrans, ramoſus, ultimisque ramulis in ſubſtantiam pulmonum veſicularem deſinit.

La-

[a] 269. [b] 273. Supel. anat. pars alt. 85. [c] 281. [d] 281. [e] 281. [f] 284.

Larynx.

286. Totius fiſtulae [g] caput *larynx.*

287. Is [h], tubi modo cavus, ſupra in os patet, faucesque: infra ad asperam arteriam [i] prominens, longior; poſterius brevior.

288. Baſis ejus [k] cartilago eſt cricoidea, ante brevis, retro latior, orbem annuli referens, cum aſpera arteria [l], binis colliculis emiſſis, conjungitur [m].

289. Similibus colliculis [n] arytaenoideae binae cartilagines, ab inferiori ſurſum extenuatae, inflexaeque, mobili articulo, inſident [o].

290. Scutiformis autem cartilago, à priori anguloſa, retro patula, in quatuor proceſſus ſurgens, cum annulari [p] commiſſa, atque cum arytaenoidaeis [q], comprehendit eas & abſcondit [r].

291.

g 284. h 286. i 300. k 286. l 300 m B. S. Alb. muſc. t. 10. f. 7. Supel. anat. pars pr. 279. 280. 281. 282. n 288. o B. S. Alb. muſc. t. 10. f. 7. p 288. q 289. r B. S. Alb. muſc. t. 10. f. 7. Supel. anat. pars alt. 299.

291. Denique epiglottis elaſtica, ex petiolo in ovatum expanſa, retro linguam, ad perpendiculum ſurgit, convexa ad linguam, cavata ad laryngem, mobiliſque, ligamentis jungitur [s].

292. Quibus [t] formatus larynx à ſuperiori magno patet ore, à priòri rotundiore, inde in angulum formato, quod glottis [u].

293. Haec glottis [v], à poſteriori inciſa, rimulam facit [w].

294. Intus in larynge [x] rima oblonga per medium, conniventibus lateribus, à priori ad poſteriora pertinet [y].

295. Propterque ligamenta, quae arytaenoideas alligant ſcutiformi [z], membrana depulſa in ſinum, utrimque deſcendit in folliculos.

296. Qui ventriculi [a] laryngis in oſtium ellipticum apertum ab arytaenoi-

s B. S. Alb. muſc. t. 10. f. 7. Supel. anat. pars pr. 162. *t* 288-291. *u* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 64. *v* 292. *w* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 64. *x* 292. *y* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 64. *z* 290. *a* 295.

noideis ad epiglottidem protenduntur.

297. Quem laryngem [b], tum integrum; tum in partibus, mobilem; hyothyreodei [c], ſtilohyoidei [d], mylo-hyoidei [e], genio-hyoidei [f], ſtilo-pharyngei [g] attollunt: ſternothyreoidei [h], crico-thyreoidei [i], ſterno-hyoidei [k], coraco-hyoidei [l] deprimunt.

298. Ejusdem laryngis glottidem [m], rimulam, rimamque internam [n] diducunt, comprimunt, totam moderantur crico-arytaenoidei poſtici [o] ac laterales [p], thyreo-arytaenoidei [q], arytaenoidei transverſi [r] atque obliqui [s].

299.

b 286. *c* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 41. muſc. t. 3. *d* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 43. muſc. t. 2. *e* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 47. muſc. t. 3. *f* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 48. muſc. t. 10. f. 2. *g* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 46. muſc. t. 10. f. 2. *h* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 40. muſc. t. 3. *i* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 63. muſc. t. 10. f. 1. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 39. muſc. t. 2. *l* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 38. muſc. t. 2. *m* 292. *n* 293. 294. *o* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 64. muſc. t. 10. f. 6. *p* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 67. muſc. t. 10. f. 6. *q* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 68. muſc. t. 10. f. 6. *r* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 13. c. 66. muſc. t. 10 f. 6. *s* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 65. muſc. t. 10. f. 6.

299. Larynx [t] ſpiritum admittit, ſonum temperat.

Aſpera arteria.

300. Laryngi [u] continuata *aſpera arteria*.

301. Haec [v], dextrorſum parum declinans, ante oeſophagum [w], medium per collum decurrens, pectus penetrat.

302. Eadem [x] ad tertiam vertebram, aut ſecundam & tertiam, ſecedit in dextrum breviorem, rectiorem; ac ſiniſtrum longiorem, obliquiorem, bronchos.

303. Qui bronchi [y] pulmones adeunt, in eosque dividuntur; donec nulla in pulmonibus ſedes ſuperſit, quam non attingunt.

304. Conſtat haec arteria [z] ex annulis cartilagineis, planis, elaſticis, à poſteriori deficientibus, ſupplente membra-

t 286. u 286. v 300. w 413. x 302.
y 302. z 300.

brana fibroſa: caeterum intervallo disjunctis.

305. Hique circelli [a] cartilaginei paulatim per pulmones degenerant, donec nil cartilaginei ſuperſit.

306. Quibus annulis [b] totus canalis, manente forma, anguſtari facile poteſt & dilatari, longior reddi atque brevior.

307. Membrana, à faucibus veniens, ſenſilis, vaſis ditata, nervis & glandulis muciparis, totam viam [c] veſtit.

308. Per pulmones bronchorum rami [d] diviſi in veſiculas membranaceas, rotundas, ſibi mutuo contingentes, deſinunt.

309. Praeterea arteria pulmonalis bronchos [e], per univerſos pulmones, ſequitur, in ramos, ramulosque diviſa.

310. Ultimique arteriarum fines [f] in

a 304. b 304. 305. c 285. d 302. e 302. f 309.

in venas minimas tranſeunt, quae collectae in quatuor venas pulmonales terminantur.

311. Quibus [g] rete conficitur vasculoſum, quod veſiculas [h] ambit.

312. Vaſa quoque lymphatica per pulmones diſperguntur.

313. Subſtantiamque veſicularem [i], & vaſculoſam [k] nectit celluloſa ſubtilis, lubrica, laxa.

314. Viam jam ex arteria & vena pulmonali [l] patere in veſiculas [m]; atque ex aſpera arteria [n] quoque in ea vaſa [o]; impletio, conſpicilla oſtendunt.

Aër.

315. Itaque *aër*, in quo degit homo, aperta ſpiritali fiſtulâ [p], intrans ſponte, pulmones mutat, diſtendit; ut capacitatem impleant & pleuram contingant.

316. Ex quo [q] vaſa extenduntur, in

g 310. h 308. i 308. k 309. 310. Supel. anat. pars pr. 87. pars alt. 62. l 309. 310. m 308. n 300. o 309. 310. p 284. q 315.

in flectione permutantur, à ſe invicem diſcedunt, liberioremque ſanguini motum conciliant.

317. Idem aër, vel per nares & fauces, vel per ſolas nares, vel per ſolum os, penetrat moderata viâ.

318. Eaque via [r], adductione labiorum, aut compreſſione naſi externa, extus clauditur.

319. Intus palatum molle, per levatores [s] & circumflexos [t] ſublatum, oppandit ſe viae è naribus, ut hanc claudat.

320. Idem palatum [u] depreſſum, ſurgente, tumeſcente & aptante ſe lingua, aditum in os tollit.

321. Retinetur ſpiritus, via per os naresque hiante, à glottide [v] clauſa & cohibita.

322. Aër jam, qui aptus reficit, vel ſponte natura, mente non attendente,

[r] 317. [s] B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 60. muſc. t. 10. f. 2. [t] B. S. Alb. hiſt. muſcul. lib. 3. c. 61. muſc. t. 10. f. 2. [u] 319. [v] 292.

te, non conſcia, & quum ſomno ſopita eſt; vel ea volente, intra pulmones ducitur, remittiturque.

Reſpirationis modus.

323. Sic [w], per vices aucto thorace, inſpiratus, intra pectus allicitur; exſpiratus expellitur coarctato.

324. Cujus viciſſitudinis alternae cauſa [x] nec à pulmonibus, nec à corde, nec à muſculis, nec à ſanguine, nec à voluntate pendet; determinaturque difficilius.

325. Forſan quaedam naturae vis attrahit; & ſpontanea quies expellit.

326. Haud melius reſpirationis intelligitur duratio.

327. Quam [y] anxietas, debilitas, aut languor minime concomitantur.

328. Neceſſitudinem reſpirationis circuitus ſanguinis [z], cujus integritas ab ea, ſemel inchoata, dependet, arguit.

329. Neutiquam ratio & experimen-

w 322. x 323. y 326. z 120.

menta evincunt, aërem, ope reſpirationis, in ſanguinem admitti, quo hunc refrigerare, aut compingere poſſet.

330. Servit certe reſpiratio exhalationi & inhalationi pulmonum.

331. Inſpiratusque aër pulmones meabiles reddit, ut ſanguis, corde pulſus, facilius tranſeat: dum exſpirato ſpiritu in minorem molem reducuntur.

332. Ex eo [a] ſanguis dividitur, propellitur, miſcetur, denſatur.

333. Eadem reſpiratione utitur homo ad anhelitum, emunctionem, exſcreationem, flatum, fletum, nixum, oſcitationem, riſum, ſternutationem, ſuctum, ſuſpirium, tuſſim.

334. Haec [b] vicibus reſpirationis diverſis abſolvuntur.

Sonus.

335. Exſpiratio quoque *ſonum* facit.

336.

[a] 331. [b] 333.

336. Is [c], alliſione ſpiritus ad viam, quam percurrit, quamque homo moderatur, editur.

337. Quando aër, pulmonibus hauſtus, ad laryngem pervenit, antequam egrediatur, per glottidis urgetur anguſtias, celeriterque & praecipitanter ruit, prout explicata haec vel contracta; tremulumque, undulatorium accipit motum, qui pro ſono requiritur.

338. Nec pulmones, nec trachaea, ſonum excitant.

339. Verum à ſola glottide, ſine auxilio epiglottidis excitatum ſonum canalis temperat & modificat.

340. Quo [d] os & nares plurimum conferunt.

Vox.

341. Ex ſono [e] modificato *vocem* concipere laryngis rima interna videtur.

342.

c 335. d 339. e 335.

342. Haec [f] enim moderatur ſonum, redditque aut acutiorem, aut graviorem, diductione ſua, aut anguſtatione.

343. Moderatur quoque ſpiritus permeantis copia, celeritas, tarditas.

344. Moderatur praeterea aſperae arteriae capacitas, aut major, aut minor; laxitasque, aut tenſio; quies, aut tremor.

345. Moderatur denique glottis, apertura anguſtiore, patentiore, rotunda.

346. Adjuvant tandem fauces, os, lingua, exitus oris, nares.

347. Ut vox clara ſit, oportet aërem, dum per glottidem tranſit, ita incurrere in rimulae parietes, ut ipſi tremant, & una laryngis cartilagines & oſſa capitis, pectoris, ac totius corporis.

348. Ideoque [g] organa vocis cartilaginea.

349.

f 331. g 347.

Litterae.

349. Ex ſono [h] *litterae* formantur, quae ſonus indiviſibilis.

350. Haec [i] *vocalis* per ſe ſonat.

351. Huic [k] *conſona* fit, dum ſpiritus, ex pulmonibus egreſſus, in gutture, palato, labiis, naſo, dentibus, ore, intercipitur, vel ſaltem fortius comprimitur.

352. Eaedem [l] à vario harum partium [m] motu figurantur.

Loquela.

353. Ex litteris [n] *loquela* ſurgit.

354. Quae [o] vocis in litteras & vocabula, ex litteris compoſita, formatio.

355. Fit haec [p] moderando ſoni exitum gutture, palato, lingua, dentibus, labiis, genis, naribus, apte compoſitis, ſpirituque per naſum libere meante.

356.

h 335. *i* 349. *k* 350. *l* 349. *m* 351. *n* 349. *o* 353. *p* 354.

356. Praecipue linguae motum ea [q] requirit, & narium, oriſque meatum.

357. Ex quorum [r] defectu balbuties, blaeſitas, balatro, raucedo, ronchus, de nare loqui, mutus, aliaque loquelae vitia naſcuntur.

Cantus.

358. Sonus [s], in tonos modificatus, *cantum* facit.

359. Tonus, ſeu varius vibrationum numerus, modificatione glottidis varia; & deſcenſu, adſcenſuque laryngis praecipue formatur [t].

360. Huc [u] labiorum configuratio aliquantum conferre exiſtimatur.

361. Ex cunctis [v] clamor, vociferatio, ejulatus, gemitus, muſſitatio, caetera, haud difficulter explicantur.

FUN-

q 351. *r* 356. *s* 335. *t* 297, 298. *u* 359. *v* 335 -- 360.

FUNCTIO NATURALIS.

362. Functio naturalis *reparat*, *ſecernit*, *reſorbet*, *purificat*.

Reparatio.

363. Ut vitam, ſanitatem, ac vigorem conſervet, alimenta requirit homo, quorum defectu *appetit*.

Appetitus.

364. *Appetitus* neceſſitudinem alimentorum declarat.

365. Quae affectio [w] haeret in ore, faucibus, ventriculo, inteſtinis; ac generaliter in ventre.

366. Eadem [x] impellit ad ſatisfaciendum.

367. Cibi deſiderium *fames* eſt.

368. Potionis deſiderium eſt *ſitis*.

Fames.

369. *Fames* [y], ſenſatio ingrata, do-

w 364. x 364. 365. y 367.

dolens, quaſi lacerans, in ventriculo ſedet.

370. Ventriculus inanis conſtringitur, fricatur, ſe corrugat, latera atterit, nervos afficit.

371. Quae ſenſatio [z], ad mentem delata, fames eſt.

372. Eadem [a] allicitur affluxus liquoris gaſtrici, qui ore effluit.

373. Ni ſatisfiat huic [b]; oſcitatio, debilitas, & animi deliquium, accedunt.

374. Compeſcit eam [c] cibus aſſumtus.

Sitis.

375. Similis ac in fame [d] ſenſatio, cum ſiccitate juncta, *ſitis* eſt.

376. Occupat haec [e] os, fauces, ſtomachum, ventriculum.

377. Quorum [f] nervi ſicciores, vellicati, ingratum ſitis ſenſum excitant.

378.

z 369. a 369. b 369. c 369. d 369.
e 375. f 376.

378. Indicat ſitis defectum in ſanguine humidi.

379. Naturalem ſitim potus aquoſus compeſcit.

Alimenta.

380. Idonea *alimenta* oportet eſſe blanda, naturâ humanâ facile ſuperanda; quaeque eam juvant.

381. Potulentum ſimpliciſſimum aqua eſt pura.

382. Haec [g] reliquorum baſis.

383. Eſculenta ex vegetabilibus, animalibus, foſſilibus deſumuntur.

384. Ea [h], vel cruda aſſumuntur, vel arte coquinaria mutata.

385. Conveniunt alia [i], pro aetate, temperamento, vitae genere, conſuetudine.

386. In potu atque cibo certa menſura ſalubris, quae integritati vitae confert.

387. Variaque in variis potus ad ci-

g 381. h 383. i 383.

cibum ratio eſt; ut tamen potus plerumque ſuperet.

388. Ars diaetetica eorum modum [k] conſtituit.

Potio.

389. Hauritur potus ore & eſculentum fluidius; celerrimeque in ventriculum demittitur.

390. Sorbetur; dum, vel ore porrecto, medio anguſto, rotunduloque patente, in potum immerſo; vel ſummis labiis prope admotis; vel ſolo inferiori ad oram vaſculi applicato; attracto aëre aliquid abripitur cum ſtrepitu, recipiturque.

391. Infunditur; quum ora vaſis inter labia recepta, inferiori ad vas applicato, ſuperiori in potum immerſo, rima inter labium illud oramque ad os patula, excipiatur infuſum.

392. Sugitur; ſi anguſtius vaſis oſculum labiis undique ſic comprehen-

k 387.

henditur, ut potui una ex vaſe via pateat, inque os attrahatur.

393. Exceptus potus [l], aptatis labiis, maxilla inferiori deducta, attrahitur; caveturque ſimul, ne aër in os intromittatur; ſtatimque, clauſo ore, labiis ad dentes appreſſis, impeditur, ne quid vel ex ore elabatur, vel inter labia, dentesque diffluat.

394. Lingua dein, apice dilatato, vel porrecto, potus portionem dorſo excipit; totaque explicata, alliſo apice ad imam palati partem juxta dentes primores, ſuo corpore appreſſo ad palatum ſtabile, potum quodam ſuctu in fauces pellit.

395. Quo [m] quum pervenit, nixu peracto, deſcendit potus in ſtomachum.

Morſus.

396. Ut cibus intra os inſeratur, illud aperitur; immiſſumque fruſtum ultra

[l] 390, 391, 392. [m] 394.

ultra dentes lingua accipit; osque clauditur, ne excidat.

397. Quum morſu aliquid decerpendum, illud, ore aperto, dentibus primoribus [n] inſeritur, maxillaque inferiori ad ſuperiorem per temporales [o], maſſeteres [p], ac pterygoideos internos [q] adducta, dentibus, ceu forficibus abſcinditur.

Manducatio.

398. Cibum, ore receptum, comminuit, mollit, perque ſalivam ſolvit *manducatio.*

399. Cui [r] ſerviunt:
mandibula, ſuperior [s], ſtabilis; inferiorque [t], mobilis:
dentes utrique infixi, coronis eminentes, acuti, aſperi [u]:
buccae: la-

[n] B. S. Alb. de ſcel. c. 127. oſſ. t. 1. ic. 1. Supel. anat. pars alt. 243, 244, 245. [o] B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 21. muſc. t. 2. [p] B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 20. muſc. t. 2. [q] B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 69. muſc. t. 3. 4. [r] 398. [s] B. S. Alb. de ſcel. c. 38. oſſ. t. 1, 2. [t] B. S. Alb. de ſcel. c. 51. oſſ. t. 1, 2, 3. [u] B. S. Alb. de ſcel. c. 127. oſſ. t. 1. ic. 1. 2. 3. Supel. anat. pars alt. 242.

labia:
oris atrium:
lingua.

400. Eam [v] ſaliva, humorque exſudans humectando adjuvant.

401. Atque abſciſſum [w] lingua excipit, & prehenſum inſerit in intercapedinem dentium ab alterutro latere.

402. Commoliunt molares [x] & conterunt inferiores ad ſuperiores, non modo appreſſi, ſed etiam huc illuc acti per biventres [y], temporales [z], maſſeteres [a], pterygoideos internos [b], externos [c].

403. Eodem tempore [d] buccae leniter per buccinatores [e], attollentes labium ſuperius [f], atollentes angulorum oris [g], zygomaticos [h] depreſſores an-

v 389. w 397. x B. S. Alb. de ſcel. c. 127. oſſ. t. 1. ic. 3. y B S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 42. muſc. t. 2. anat. ac. l. 7. c. 1. z B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 21. muſc. t. 2. a B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 20. muſc. t. 1. b B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 69. muſc. t. 3. 4. c B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 70. muſc. t. 1. Supel. anat. pars alt. 288. d 402. e B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 16. muſc. t. 1. f B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 9. muſc. t. 1. g B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 11. muſc. t. 1. h B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 10. 12. muſc. t. 1.

angulorum oris [i], labiique inferioris [k], orbicularem oris [l], appreſſae impediunt, ne eo verſus excidat, quod manducatur.

404. Linguaque, ceratogloſſis [m], baſiogloſſis [n], chondrogloſſis [o], geniogloſſis [p], ſtilogloſſis [q], lingualibus [r], diverſimode agitata, retinet, &, quod excidit, reponit.

405. Quae commolitio [s] maximi ad ſubigendos cibos eſt momenti: eique natura voluptatem conjunxit.

Deglutitio.

406. Portionem potus, vel bolum in ventriculum pellit *deglutitio*.

407. Hac [t] transit ex *ore*, per *fauces*, perque *pharyngem*, in *gulam*.

Os:

i B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 13. muſc. t. 1. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 14. muſc. t. 1. *l* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 17. muſc. t. 1. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 49. muſc. t. 3. *n* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 50. muſc. t. 3. *o* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 51. muſc. t. 3. *p* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 52. muſc. tab. 10. f. 2. *q* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 45. muſc. tab. 10. f. 2. *r* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 53. muſc. tab. 10. f. 2. *s* 402. 403 404. *t* 406.

Os.

408. *Os* gingivis, dentibus, palato fornicato duro, atque mobili [u], cum uvula terminatur.

Fauces.

409. *Fauces* laterales arcus, palatum molle cum tonſillis, atque lingua efficiunt; dum à priori iſthmus contractior.

410. Ex iisque [v] à ſuperiori, pone palatum molle uvulamque, in nares via patet.

Pharynx.

411. Ab inferiori faucium [w], pone linguae radicem, laryngemque, deorſum, infundibuli ſpecie, usque ad ima laryngis *pharynx* pergit.

412. Is [x] membranaceus, à poſteriori & lateribus aequabilis, minime à parte anteriori, ubi prominet larynx, lin-

u B. S. Alb. annot. ac. l. 3. c. 6. de ſcel. c. 39. oſſ. c. 1. 2. *v* 409. *w* 409. *x* 411.

linguaeque radix cum epiglottide.

413. Ex pharynge [y] duae viae; altera anterior in pulmones [z] patet; poſterior altera in *gulam*.

Gula.

414. *Gula* ex arctato pharynge [a] anguſtior, cylindrica, fibroſa, ſecundum anteriorem partem ſpinae, parum ſiniſtrorſum, per collum thoracemque demiſſa, per diaphragma in abdomen, inque ventriculum penetrat.

Deglutitionis nixus.

415. Ut jam deglutiendum per gulam [b] deſcendat; lingua apte excipit illud, adjuta plerumque à labiis, buccis, dentibus, perque latera palato appreſſa, medio ſpatium relinquit, quo bolus recipitur.

416. Mox bolum, clauſo labrorum hiatu, adductisque maxillis, ſuctu quo-

y 411. z 281. a 411. b 414.

quodam contra palatum ſtabile propellit lingua usque ad palatum molle.

417. Quod [c] eodem tempore ad ſubjectam ſibi linguae partem antrorſum agitur.

418. Huc [d] quum propulſus bolus eſt, *nixus* editur.

419. Quo [e] linguae radix ſurgit in poſteriora, intumeſcit, ſeſeque tendit & accommodat ad palatum molle & ad faucium partem proximam.

420. Eodem [f] palatum molle ſeſe ex lateribus contrahit, deorſumque & ſimul contra linguam agit, durescitque.

421. Quin & [g] poſtica pars faucium, è regione palati mollis & linguae, contrahit ſe contra palatum molle & linguam, aptatque ſe ad eas & apprimit.

422. Quae contractio mutua [h] viam

c 416. d 416. e 418. f 418, 419. g 420. h 421.

viam [i] claudit, ne quid in naſi concavum pellatur.

423. Denique larynx attollitur in priora contra linguae radicem, eique reſiſtenti & contranitenti valide apprimitur.

424. Quo [k] fit, ut inclinatae epiglottidi glottis ſupponatur, ne quid incidat: viaque expeditur.

425. Expedito itinere [l], pharyngis ſumma pars attollitur & explicatur, occurrit deglutiendo, ſimulque laxata, aptior accipit.

426. Fiunt haec omnia [m] uno eodemque tempore, celerrimeque.

427. Mox deglutiendum in ſtomachi principium depulſum eſt, ceſſat nixus [n], relaxant ſe omnia & reſtituunt.

428. Interea [o] pharyngis, ſtomachique contractione, quod acceperant, paulatim & vi depellitur in ventriculum [p].

429.

i 410. *k* 423. *l* 424. *m* 416-425. *n* 418. *o* 427. *p* F. B. Alb. diſſ. de deglutit. B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 58.

429. Dum depellunt [q]; unaquaeque pars, quae depulit, ceſſat agere, & ſe reſtituit.

430. Atque cuncta [r] perficiunt musculi.

431. Linguam attollunt, movent, figurantque ſtilogloſſi [s], ceratogloſſi [t], baſiogloſſi [u], chondrogloſſi [v], geniogloſſi [w], linguales [x], muſculoſaque conſtructio.

432. Palatum molle deorſum agunt, contrahuntque [y], qui arcus laterales conſtituunt [z], conſtrictores iſthmi faucium [a] & palatopharyngaei [b].

433. Larynx cum hyoide ſurſum, antrorſumque recurrit, & cum lingua firmatur [c]: quando hyoides per geniohyoi-

q 428. r 428. 429. s B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 45. muſc. t. 10. f. 2. t B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 49. muſc. t. 3. u B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 50. muſc. t. 3. v B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 51. muſc. t. 3. w B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 52. muſc. t. 10. f. 3. x B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 53. muſc. t. 10. f. 2. y 420. z 409. a B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 59. muſc. t. 10. f. 17. b B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 58. muſc. t. 10. f. 4. c 423.

hyoideos [d], mylohyoideos [e], hyogloſſos [f], contra linguam aliquantum ſurſum & in priora agitur; contraque hyoides larynx per hyothyreoideos [g] attollitur & apprimitur.

434. Contrahunt pharyngem [h] conſtrictores ſuperiores [i], medii [k], inferiores [l], ſimulque depellunt.

435. Dum palato [m], ſalpingo [n], & ſtilo [o] pharyngei parum diducunt, explicant pharyngem.

436. Ultimo ſtomachus ſe arctat tunica ſua muſculoſa.

437. Hunc deglutitionis modum [p] juvat lubricitas viae; excitat mirabilis irritabilitas partium, qua fit, ut, ſi

d B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 48. muſc. t. 10. f. 2. *e* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 47. muſc. t. 3. *f* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 49. 50. 51. muſc. t. 10. f. 2. 4. *g* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 41. muſc. t. 3. *h* 423. *i* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 56. muſc. t. 10. f. 8. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 55. muſc. t. 10 f. 8. *l* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 54. muſc. t. 10. f. 8. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 58. muſc. t. 10. f. 4. *n* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 57. muſc. t. 12. f. 27. *o* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 46. muſc. t. 10. f. 2. *p* 415-436.

ſi quid eas attingat, incitantur ad deglutiendum homines.

Concoctio.

438. Depulſa ex ore alimenta variam in ventriculo & inteſtinis ſubeunt mutationem; atque digeruntur in materiem chyli & foecis.

439. Potus frigus & calor temperantur tantum in ore, eique ſaliva admiſcetur.

440. Manducatione [q] autem cibus comminuitur, mollitur per ſalivam, ſolvitur, ut ventriculus facile digerat.

441. Neque videtur induci alia ſimilitudo cum corpore nutriendo, niſi quod admiſceatur humor inquilinus.

Chymificatio.

442. Itaque in *ventriculo* digeſtio inchoatur.

443. Qui [r] in chymum accepta mutat.

444.

[q] 398. [r] 442.

Ventriculus.

444. *Ventriculus* oblongae cucurbitae, collo anguſtiori, ventre capaciore, haud diſſimilis, gulae [s] ſuccedens, in inteſtina [t] terminatur.

445. Situm habet [u] in abdomine inter lienem & hepar, pancreati accumbens, àque ſiniſtris ad dextra ex transverſo jacet, ut pars capacior ſiniſtrum hypochondrium, anguſtior dextrum occupat, mediaque epigastrium, ſub cartilagine enſiformi, tangat.

446. In ſuperiori is [v] verſus poſteriora binis orificiis aperitur.

447. Quorum [w] ſiniſtrum, ſeu *cardia*, oeſophagum excipit: dextrum, quod *pylorus*, in duodenum angustatur.

448. Totus ſitu ſuo [x] mutabilis, prout plenus ventriculus, aut inanis.

449. Hujus [y] curvatura inferior, major, convexa, antrorſum; ſuperior

s 414. Supel. anat. pars alt. 63. 64. 65. t 496. u 444. v 444. w 446. x 445. y 448.

rior concava, minor, retrorſum inclinatur.

450. Idque [z] magis, ſi plenior distendatur; quando fundus in priora ſurgit, vertitque ſe totus, ut pylorus retrorſum, ſimulque deorſum dirigatur.

451. Comparatus [a] ſic ad emittendum omni corporis poſitu.

452. Liberum ventriculum portio omenti cum jecore, diaphragmate, liene, pancreate, inteſtino colon, connectit.

453. Conficiunt ventriculum tunicae [b].

454. Communis [c], peritonaei propago, exterior, fibroſa, glabra, firma, ſimplex.

455. Muſcularis [d] duplici fibrarum ſtrato conſtructa.

456. Exterioris fibrae hujus [e] longae ex ſtomacho ad pylorum [f] ſe disjiciunt, aliaeque diffuſae conſpiciuntur.

457.

z 449. a 450. b Supel. anat. pars pr. 89, 90. c 519. d 520. e 455. f 414. 450.

457. Illae interioris [g] circulares, ſeu ſpirales, breviores, in ſe invicem continuatae, cum externis chiasmum faciunt.

458. Nervea [h] craſſa, firma, impulſo aëre in ſpongioſam albam mutabilis, tota ſpongioſa.

459. Villoſa [i] interior, ſimplex, mollis, intus hirſuta, oblinit interiora, amplior, rugoſa.

460. Denique celluloſa tenuis, rarior [k], inter has [l] omnes, interque fibras diffuſa, nectit; vaſa, nervos & glandulas excipit.

461. Itaque membranoſus, aequabilis extus & intus ventriculus, praeterquam ibi, ubi pylorus inchoat.

462. Ibi [m] enim durior annulus intus eminet, verſus duodenum prominulus, connivens, glaber.

463. Talis [n] digerit aſſumta.

464. Accipit capax, dilatabilis, ab oeſophago.

465.

g 544. h 521. i 523. k 522. l 454-459. m 461. n 444-462.

465. Accepta retinet diutius, aut minus diu, pro natura acceptorum; pro copia eorum, roboreque ſuo, ac cauſis concoctionem, vel adjuvantibus, vel imminuentibus.

466. Simulatque è ſtomacho [o] cacepit, clauditur contractione naturali cardiae.

467. Videturque ſimili [p] claudi ostium alterum inferius, pylorus.

468. Retenta mutat [q].

469. Etenim admiſcet; emollit; macerat; corrumpit.

470. Suppeditatur certe humor gastricus, ſalivae ſimilis, limpidus, ſaponaceus, inſipidus, levi ſalſedine tinctus, quo ex omni puncto rigatur.

471. Excernunt [r] ſubtilia arteriarum, quas à coeliaca habet ventriculus, oſcula.

472. Simulque per ventriculum distribuuntur rami venae portarum.

473. Qui humor [s] copioſus diluit in-

o 414. p 466. q 444-462. r 639. s 470.

ingeſta, emollit, turgere facit, redditque fluidiora.

474. Praeterea [t] firmiora macerat, penetrat, reddit facile ſolubilia; ſolvit in particulas minores, attenuatque.

475. Quibus [u] colorem ingeſtorum, odorem, ſaporem, vim retundit, frangit.

476. Adjuvat [v] calor differens, ad ſolvendum aptiſſimus.

477. Adjuvat [w] quoque aër, qui ingeſtis ineſt.

478. Certeque ingeſta corrumpi incipiunt in ventriculo, pro ſua quaeque natura.

479. Quam inevitabilem corruptionem [x] natura ſuperat in parte meliore, quam elicit & ſeparat.

480. Conterit autem ventriculus ingeſta, quum irritabilis ſtimulatur per ingeſta diſtendentia, eorumque relliqui-

[t] 473. [u] 473, 474. [v] 473, 474. [w] 473, 474. [x] 478.

liquias; accedente forte vi ventriculi actuoſa.

481. Contrahit autem ſe totus contractione naturali, qua turget.

482. Veriſſimumque contrahit ſe tunica muſculoſa [y], cujus longiores fibrae reddunt breviorem; orbiculares anguſtiorem.

483. Contractioque [z] periſtaltica eſt, modo contrahens ſe, modo remittens.

484. Qua [a] ingeſta leniter premuntur, urgentur, teruntur, &, quae idonea ſunt, emulgentur, deteruntur, diſſolvuntur, & nonnihil miſcentur.

485. Eaque vis [b], quamvis lenis, efficax eſt; quoniam ſaepe repetatur, ingeſtaque macerata ſint, mollia, diluta.

486. Juvat, quod reſpirando [c] venter alterna viciſſitudine prematur.

487.

y 455, 456, 457. z 482. a 483. b 483. c 267.

487. Quae ventriculus accepit [d]; quae continet [e]; quae concoxit [f]; in duodenum [g] emittit; expellit contractione [h] periſtaltica, à cardia pylorum verſus progrediente.

488. Dum pylori valvula [i] annularis, mollis, obſequens, facile cedit.

489. Ipſaque converſione [k] ventriculi plenioris pylorus disponitur ſponte laxatus.

490. Expellitque pedetentim.

491. Juvat [l] preſſio ventris, quae reſpiratione fit.

492. Facileque ruunt concocta, lubricusque ventriculus eſt; neque rugae ejus impediunt.

Chymus.

493. Quemque ventriculus expellit, *chymus* puls eſt ſimilaris, mucoſus, mediocriter odoratus, cinereus aut flavus, natura fatua, plus minus ex

d 464. e 465. f 466. g 498. h 483.
i 462. k 448, 449, 450. l 490.

ex omnibus aſſumtis contemperatus.

494. Quin eidem [m] ineſt humani aliquid à permixtis humoribus, vique ventriculi, cujus natura latet, modo juſto tempore continuerit.

Chylificatio.

495. Hic chymus [n] ulterius ſic permutatur in inteſtinis, ut chylus natus liquidior, defoecatus, purusque ſanguini admiſceatur.

Inteſtina.

496. Sunt *inteſtina* canalis cylindraceus, longus, anfractuoſus, membranaceus, à pyloro [o] ad anum protenſus.

497. Quorum [p] *tenuia* anguſtiora, liquidiori infarcta, priora, pyloro [q] continuata.

498. A pyloro [r] *duodenum*, oblique ſpi-

m 493. n 493. o 447, 461. p 496. q 461, 447. Supel. anat. pars alt. 131. r 461, 446. Supel. anat. pars alt. 142.

ſpinam verſus extentum, rectius ſubtus ventriculum pergit.

499. Inde [s] à pyloro inflectit ſe rectius retrorſum in dextrum, poſt curvans ſe ſiniſtrorſum, infraque ventriculum in anteriora procedit, penetratque per meſocolon.

500. Quum penetravit meſocolon [t], *jejunum* eſt.

501. Illud [u], perpetuo vacuum, abdominis partem praecipue occupat, quae ſupra umbilicum eſt.

502. Infraque umbilicum *ilium*, plus ad dextrum ile, quam ſiniſtrum.

503. Ut tenuia ad *craſſa* perveniant, ex pelvi adſcendit ilium dextrorſum, adque ſiniſtrum latus principii craſſi pertinet ſic, ut cum eo ſupra angulum efficiat majorem, infra minorem [v].

504. *Coecum* amplum, in dextro ilio poſitum, quatuor digitos longum.

505.

s 498. t 517. u 500. v Supel. anat. pars pr. 126. pars alt. 124, 125.

505. Illud [w] terminatur in *colon*, cellulis tumidulum, cujus longitudinem tria, quae latera tenent, ligamenta abbreviant.

506. Inde [x], renem dextrum praetergreſſum, colon vehitur ad hepar, fellis veſiculam attingit, &, quum ad ventriculum pervenit, transverſo pone ejus fundum, omento annexum, progreditur ad lienem; ubi, ante renem ſiniſtrum ad medium alvi procedit; factaque obliquitate rurſus adſcendit ad ſummum oſſis ſacri, & facto circumflexu ad rectum deſinit.

507. Quod *rectum* nullo gyro ante ſacrum, pone veſicam, ſecundum ſiniſtram ſacri partem deſcendit oblique ſenſim medium verſus; poſt, ſecundum coccygem, ad anum pervenit.

508. Ubi [y] ilium expanſum explicat ſe in coecum, ibi intus diſtinguitur ſingularis *valvula* [z].

509.

w 504. x 505. y 502. z B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 2. l. 4. c. 14. l. 5. c. 1, 2. Supel. anat. pars pr. 129, 130, 131. pars alt. 126, 127, 128.

509. Retinet ea [a], prohibetque, ne foeces regrediantur in ilium.

510. Haec valvula [b] eſt ipſum inteſtinum ilium intra craſſum productum, cujus tunicae in ipſa valvula continuantur.

511. Labia cujus [c] ſunt in extantiore ruga craſſi; rimaque, in quam deſinunt, in ſumma ruga ſeu media; perque longitudinem ejus ducta, cum ea intra capacitatem craſſi eminet.

512. Itaque foeculentum labia, à parte craſſi urgens, quo urget magis, eo magis apprimit, rimamque claudit.

513. Juvat [d] contractio vitalis, tunicaeque muſculoſae.

514. Mox à latere aperturae valvulae [e] *appendix vermicularis*, varia tum longitudine, tum flexu, hiat [f].

515. De uſu cujus [g] conſtat parum.

516.

a 508. b 508. c 508. d 512. e 508.
f Supel. anat. pars pr. 127. g 514.

516. Libera inteſtina firmat *meſenterium*, quod, anguſto principio de lumbis ex peritonaeo duplicato ſurgens, lateſcit in fimbrias [b].

517. Elongaturque [i] in *meſocolon*, atque *meſorectum*.

518. Inteſtina jam cuncta cum ventriculo [k] ejusdem generis & muneris tunicas habent [l].

519. Quarum [m] communis exterior, peritonaei propago, dum duplicatura meſenterii, ad tubum inteſtinalem explicata, hunc complectitur [n].

520. Huic [o] ſubjecta muſculoſa, fibris exterioribus per longitudinem, interioribus validioribus, annulorum ſimilibus, inteſtini capacitatem cingentibus.

b Supel. anat. pars pr. 135, 136, 137. pars alt. 132, 133, 134, 135, 136. *i* 516. *k* 453. *l* C. B. Alb. ſpecim. novam tenuium hominis inteſtin. deſcript. exhibens. Supel. anat. pars pr. 95, 96, 99, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110. pars alt. 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 109. *m* 518. *n* Supel. anat. pars pr. 100, 123. pars alt. 66. *o* 519. Supel. anat. pars pr. 113, 122.

521. Sub illa[p] nervea, denſa, flatu diſtenta rarescit, totaque ſpongioſa, celluloſa.

522. Qualis[q] celluloſa tela quoque nectit communem[r] & muſcularem[s], & inter fibras hujus progreſſa denſatur in nerveam[t]; quae, iterum in telam relaxata, excipit internam[u].

523. Villoſa amplior, in rugas transverſas reſoluta, inque valvulas molles relaxatur[v].

524. Nervea[w] ſcilicet, leviter producta, extrudit villoſam, quae praeterea celluloſam continet.

525. Illae valvulae[x], baſi in nervea fundatae, acie in inteſtini cavo fluitant; dimidiamque, duasve tertias partes ambitus inteſtinorum percur-

runt

p 520. Supel. anat. pars pr. 94, 97, 98, 134. pars alt. 67, 68, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 123, 129, 130. q 521. r 519. s 520. t 521. u 523. B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 7. v B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 4. Supel. anat. pars pr. 91, 92, 111, 112, 115, 116, 121, 128, 132, 133. pars alt. 114. w 521. x 523. Supel. anat. pars pr. 101, 102, 124. pars alt. 69, 70, 71, 72, 73, 77, 78.

runt transverſae, nunquam integrum.

526. Redduntque [y] capacitatem inteſtini anguſtiorem & impeditiorem.

527. Sic productae valvulae [z], in duodeno [a] frequentes, ſupra ſe ipſas pendulae, per jejunum [b] continuantur, magis transverſae & parallelae, ac frequentiſſimae; in ilio [c] magis atque magis rareſcunt, minus parallelae; nullae in craſſis [d].

528. Tota praeterea villoſae [e] facies hirta villis, qui in tenuibus manifeſtiores, quam in ventriculo; nullique in craſſis; molliſſimi ſunt, oſculis patuli.

529. Quisque villus videtur ovalis, oſculo perforatus, telaque celluloſa repletus.

530. In eumque [f] penetrant vaſa ſanguinea, lactea.

531. Quae ad inteſtina tendunt ſan-

y 525. z 523. a 498. b 500. c 502. d 504. e 523. f 529. Supel. anat. pars pr. 93. 114, 117, 118, 119, 120, 125. pars alt. 74, 75, 76, 94, 95, 107, 108, 116, 111, 112, 113.

ſanguinea vaſa, ex meſentericis & hypogaſtricis arteriis, venaque portarum orta, annulorum ſpecie dividuntur, ſeſeque concomitantur [g].

532. Subtilitas autem nervorum prohibet, quominus poſſit determinari, utrum ad vaſorum ſimilitudinem ramis ſuis ad tunicam internam pertineant, perque villos decurrant.

533. Multos [h] ſaltem inteſtina habent.

534. Quam ventriculus [i] inchoavit, inteſtina tenuia perficiunt concoctionem.

535. Dum paulatim accipiunt, quae ventriculus lente expellit [k].

536. Retinent diu ob anguſtiam ſuam, & longitudinem, & volumina, & valvulas [l] remorantes.

537. Commiſcent quoque humores, qui diluunt, macerant, attenuant, ſolvunt, reſolvunt, abſtergunt,

[g] B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 11. l. 7. c. 18. diſſ. de art. & ven. inteſt. hom. [h] 532. [i] 444. [k] 487. [l] 523.

gunt, omnia conjungunt in liquorem homogeneum, eique humanam indolem addunt.

538. Eorumque [m], gaſtrico [n] ſimilem, ſuccum entericum [o], multum inſtillant myriades arteriolarum, ad tunicam internam pertinentium.

539. Juvat in pancreate ſecretus ſuccus, ſalivae ſimilis, limpidus, leniter ſalſus, ſaponaceus, in duodenum [p] excretus.

540. Cui [q] non multum abſimilem laticem [r] multum; totamque diverſam, ciſta ſua contentam, bilem ſaponaceam [s] hepar ſubjungit.

541. Neve acria, quibus utuntur homines, laederent; oblinit verus inteſtina mucus: qualem ſubaquoſum, viſcidum glandulae, folliculi, cryptae, in tenuibus per nerveam diſperſae; in craſſis ſolitariae, lenticulis ſimiles, oſculo, ad capacitatem inteſtini aperto, ſuppeditant [t].

542.

m 537. n 470. o 640. p 498, 641. q 539. r 679. s 677. t B. S. Alb. ann. ac. l. 6. c. 8.

542. Denique ſubigit, conterit, commiſcet, exprimit, inque chylum mutat ingeſta, eumque propellit inteſtinorum motus periſtalticus.

543. Talis [u] lentus, debilis, progreſſivus, lumbricalis, modo conſtringens, modo relaxans, ſurſum deorſumque blande tubum inteſtinalem percurrit.

544. Quem [v] orbiculares & longitudinales fibrae [w], vi actuoſa praeditae, ab aëre, ingeſtis, inquilinis humoribus, aliisque ſtimulatae, excitant.

545. Hunc [x] adjuvat, quae per reſpirationem fit, preſſio.

Chylus.

546. *Chylus* [y] coctionis inteſtinorum ſequela eſt.

547. Is [z] emulſio quaedam eſt, aut cremor, ex chymo [a] confectus, liqui-

u 542. *v* 543. *w* 520. *x* 543. *y* 534-545. *z* 546. *a* 493.

quidior in duodeno & jejuno, cinerei coloris, griſei, nonnihil in luteum vergentis, odoris nauſeoſi; in ilio ſpiſſior, luteus magis, putridi odoris, magis foeculentus.

Vaſa lactea.

548. Venae, rami venae portarum, per ventriculum [b] & inteſtina [c] diſperſae, in interiora patentes, accipere aliquid ex cremore, qui capacitate ventriculi & inteſtinorum continetur, tradere venae portarum, per eamque hepati, videntur.

549. Certe chylus [d] hauritur à vaſis lacteis.

550. Quae [e] in duodeno, jejuno, ilio numeroſa, in extremis villis [f] oſculo incipiunt contractiore, indeque ampliora per longitudinem villorum procedunt.

551. Ab iis [g] per inteſtinum decur-

b 472. c 531. d 546. e 549. f 529.
g 550. Supel. anat. pars alt. 135.

currunt ad meſenterium: &, ut procedunt, ampliora, ſenſim confluunt in majora, crebro conjuncta, intervallis contractiora, mediis dilatatiora.

552. Vertunturque [b] in ciſternam & ductum chyliferum [i].

553. Eaque [k] ſecundum ſpinam procedunt à latere aortae, per diaphragma, ſub oeſophago, pulmonibusque; donec pertingat, deſinatque ductus ad ſubclaviam ſiniſtram venam.

554. In his [l] valvulae, per intervalla poſitae, numeroſae, ſurſum patulae.

555. Et ubi chyliferus ad ſubclaviam [m] deſinit, ibi intus valvula appoſita.

556. Eorum [n] jam oſcula ſubtilia in cremore inteſtinorum haerent per villos explicatos.

557.

b 551. *i* B. S. Alb. tab. vas. chylif. &c. ann. ac. l. 4. c. 9. l. 5. c. 1. Supel. an. pars alt. 50, 51, 52. *k* 552. *l* 550-553. *m* 553. *n* 549

557. Videnturque ex eo [o] chylum haurire propria vi quadam, ſubtili, veluti attrahente, ſugendo.

558. Oſculaque [p] anguſta non admittunt, niſi ſubtile, tenue, fluidum, mobile, minus viſcidum.

559. Eadem [q], ſtimulo contracta, excludere acria videntur.

560. Suctu [r] acceptum chylum, toto itinere ab accepta lympha dilutum, continuato propelli; obſtare non videtur tenuitas chyliferorum.

561. Quippe quod hic [s] ſufficere poſſit, quum chylus facillime mobilis ſit.

562. Adjuvant autem [t] motus vermicularis inteſtinorum [u]: compreſſio ventris varia [v]: micatio arteriarum inteſtinorum [w]; meſenterii [x]; aortae [y] adjectae; intercoſtalium: preſſio ſtomachi [z]; alterna diaphragmatis contrac-

o 556. p 556. q 556. r 557. s 560. t 560. u 542. v 267. w 531. x 516. y 553 z 411.

tractio & relaxatio [a]: motus pulmonum & thoracis [b].

563. Plurimumque valvulae [c] juvant, quae, facile ab chylo repulſae, transmittunt explicatae; prohibent regreſſum à premente chylo extentae.

564. Denique plus minusve chylus elabitur in venam ſubclaviam ſiniſtram, celerius aut tardius.

565. Valvula [d] enim, ab incurrente chylo facile repulſa, emittit, prohibetque, ne redeat, aut è vena ſanguis in chyliferum penetret.

566. Illud [e] adjuvatur, quoniam chyliferus ſe recurvat, recurritque ad ſubclaviam; penetrat quippe facilius directione adveniens illa, qua ſanguis per jugularem internam, externamque, ac vertebralem.

Nutritus.

567. Vis vitalis actuoſa humores diſper-

a 277, 279. b 331, 274. c 554. d 555. e 565.

diſpergit, qui roris ſub ſpecie expelluntur: ſolida ſenſim deterit, quae excrementorum nomine dejiciuntur: quin motu ſuo continuato mutat ſuccorum indolem, quae corrigenda.

568. Hinc [f] neceſſe, ut novis asſumtis & ſubactis corpus ſuſtineatur, & nutriatur.

569. Si tantum praeciſe apponatur, quantum deteritur, *refectio* eſt.

570. Si plus alimoniae in partium ſubſtantiam convertatur, quam abſumtum erat, eſt *incrementum.*

571. Si ſenſim rigidius & exſuccum corpus reddatur, *decrementum* erit.

Refectio.

572. Reficiunt, ſuſtentant, corrigunt alimenta.

573. Non ſufficit autem materies ingeſta quaecunque, ſed ejusmodi requiritur, quae vigorem addat.

574.

f 567.

574. Eaque [g] valde discrepant à natura hominis.

575. Verti igitur [h] in naturam partium diverſam, neceſſe eſt.

576. Neque tantum iners materia eſt, per quam reficiatur unumquodque, ſed verſa in naturam hominis.

577. Praetereaque [i], quod nutriat, particeps redditur vis vitalis, poteſtatisque agendi.

578. Chylus [k] affert proximam materiam, ex qua ſucci reficiuntur, ſolida reparantur.

579. Materies nutrimenti humoribus per chylum [l] ſuppeditatur, ad partes firmas defertur.

580. Alia jam in humore, alia in firmo fit refectio.

581. Certe reparandi humores, quos toto corpore fere continuo multos dimittunt homines: ſin minus brevi exhaurientur.

582.

g 572. h 574. i 576. k 546. l 546.

582. Omnes[m] ſanguis ſuppeditat, quem affuſus chylus[n] ſupplet.

583. Mixtus cum ſanguine chylus, cum eo circumducitur, paulatimque concoquitur.

584. Permiſcetur paucus[o] ad rationem ſanguinis, ad quem defertur: ex eoque cruditas temperatur.

585. Permiſcetur magis per contractionem aurium cordis, arteriarum[p]: minusque in venis.

586. Per ea[q] fluidus manet.

587. Accedit reſpiratio[r], alterne premens & remittens.

588. Ex quo[s] diſſolvi in particulas minores credibile.

589. Compreſſusque[t] forte condenſatur chylus, ut fiat ponderoſior.

590. Neque ex chyli ſerum, ex ſero ſanguinem rubrum, ex eoque omnes humores fieri, exinde[u] intelligitur.

591.

m 581. n 546. o 583. p 179, 195. q 583, 584, 585. r 267. s 587. t 588. u 588.

591. Agnoſcenda potius videtur vis phyſica, qua fiat, ut ex novis, crudisque fiant humores inquilini, firmumque.

592. Ut firmum nutriri, creſcereque per materiam poſſit, ex arteriis ad firmum emitti, neceſſe eſt.

593. Minime autem confirmatur, firmum nutriri, ſive per exhalationem, ſive perfuſionem, ſive attractionem, ſive appoſitionem.

594. Certum; totam nutritionem vi naturae actuoſae fieri.

595. Quomodo, quod novum, asſimiletur, vertaturque in naturam; id inter myſteria naturae eſt [v].

596. Non modo nutriunt, ſed ſimul alimenta incitant, per odorem, ſaporem, impletionem; potiſſimum per idoneam alimenti naturam & vim in ventriculum.

597. Haec [w], ut corpus primum afficiunt, per id afficiunt conjunctam cum eo animam.

598.

[v] B. S. Albin. ann. ac. l. 3. c. 10 [w] 596.

598. Quae [x] per alimenta ſuſtentatur, reficitur, incitatur.

599. Proque natura eorum alia eſt atque alia [y].

600. Temperant alimenta quoque nimis acria.

601. Neque ex eo [z] prohibent, quo minus vel ipſa corrumpantur; vel putreſcant; reliqua.

602. Potius illud [a] vi naturae conſervanti adſcribatur.

Incrementum.

603. Corpus, non ſemper idem, in principio tenue, volumine augetur, creſcit ad certum terminum uſque.

604. Creſcunt, compinguntur que firma & fluida.

605. Prima ſtamina, quae poſſunt appellari, conceptu fiunt, priusquam nutritionis eſt locus.

606. Sive jam primorum ſtaminum aliquid per omnem aetatem permaneat; ſive,

x 597. y 598. z 600. a 601.

ſive, perditis his, eorum in locum nova ſuccedant ex alimentis; certe dum creſcit ex alimentis, ea partem corporis fieri neceſſe eſt.

607. Quin mens, debilis & imbecilla in infantia, paulatim deinde confirmatur, ac vigorem acquirit.

608. Ratioque incrementi latet.

609. Latet; quare ad certum terminum cum aetate & firmitudine homo creſcat.

610. Latet; quare decreſcat homo, imminuatur cum annis: dum manet incrementum tota aetate certis in partibus mollibus, durisque.

611. Hoc certum; quo principio vitae propior embryo, eo magis creſcit; quo remotior infans, eo minus, donec vegetus ſubſiſtat.

612. Et cum corpore etiam anima ſenſim evolvitur, confirmatur, viget.

Decrementum.

613. Dum fibrae rigidiores redduntur,

tur, ſenſim exſiccantur, vaſa contrahuntur, conſolidantur; totum corpus fit gracile, macilentum, rugis deforme; vis elaſtica perit; functiones debilitantur; circulatorius & inteſtinus motus imminuuntur cum caloris decremento; marasmus ſuccedit, qui in mortem terminatur.

614. Haec [b] citius in robuſtis, operariis, genio indulgentibus, quam aliis, ſuccedunt.

615. Quin & anima plerumque, prout cum corpore creſcit [c], viguit; ſic decreſcit, evaneſcere videtur.

Secretio.

616. Obſcura corporis functio eſt *ſecretio*, quae in minimis, quorum fabrica, nec ſenſuum auxilio, nec experimentis, nec ratione, detegitur, peragitur.

617. Quae ſecernunt officinae plurimum diverſae ſunt inter ſe.

618. Habentque ſingulae [d] emiſſarium,

b 613. c 607. d 617.

rium, quod accipiat ſecretum, deſeratque ad locum debitum.

Glandula.

619. Simplex alia *glandula*, quae *conglobata*.

620. Alia è pluribus ſimilibus inter ſe compoſita, quae *conglomerata*.

621. Ab his[e] formâ, habituque aliquantum diverſa, quae vocantur *adenoïdea*.

622. Glandula conglobata[f] conſtat ex membrana duriuſcula, acino rotundo, in tela celluloſa poſito; ad quae vaſa, nervique accedunt.

623. Qualis[g], ſimplex vel magis compoſita, ductum excretorium porrigit.

624. Conglomerata[h] conſtaret è corpuſculis, quae ſingula ſimilia eſſent folliculo glanduloſo, hac differentiâ, ut folliculus, veſiculae aut ampullae ſpecie, non pateat oſtiolo, ſed ejus loco exeat in canalem anguſtiorem, qui ſit emiſſarii principium. 625.

e 619, 620. f 619. g 622. h 620.

625. Nec anatome ſana vel morboſa, nec artificioſa impletio ſtructuram glandulae acinoſam, aut vaſculoſam plene confirmant [i].

626. Potius natura glandulae abscondita eſt.

627. Certius; fieri in glandula à ſanguine, per arterias allato, ſecretionem.

628. Ita autem differt à ſanguine ſecretum, ut non appareat, talem exſtitiſſe in eo, & tantummodo ſeparatum eſſe; ſed verſum eſſe in naturam aliam, quae vocatur ſecretio.

Secretionis cauſa.

629. Cauſa ſecretionis perobſcura.

630. Varia haec [k] ſtatuitur: nec plene probatur.

631. Tutius; ſive aliquid confert partium ſecernentium corpus ipſum, ſive aliud; actuoſae naturae vi adſcribitur ſecretio, cujus modum agnoſcere datum non eſt.

Se-

i Supel. anat. pars pr. 296. 297. 298. k 629.

Secretum.

632. Diverſi humores, utilesque, ſuis in organis ſecernuntur.

633. *Aquoſum* vel vaſcula, minimis arteriolis continuata, vel glandulae, de ſanguine ſecernunt.

634. Lachrymas limpidas, tenues, glandula lachrymalis fundit [l].

635. His [m] ſe miſcet ros, ex toto oculo, & interiori palpebra, exhalans.

636. Salivam ſecernunt glandulae, parotis, ſubmaxillaris, ſublingualis, congeriesque parvarum.

637. Ex quibus [n] ductus emergunt, qui buccas, fundum interioraque oris perforant.

638. Quam fundunt hae [o] ſalivam, mixtam cum rore ſimili [p], ex interiore oris exhalante, puram, humor eſt limpidus, aliquantum viſcoſus, naturâ ſolvens, ſaponaceus [q].

639. Succus gaſtricus, ex ſaliva [r], &

l 1143. *m* 634. *n* 636. *o* 636. *p* 635.
q 440. *r* 638.

& rore exhalante ex interiori ventriculi [s], compoſitus, purus eſt, minimeque acidus.

640. Suppeditant gaſtrico [t] ſimilem, eumque copioſum, inteſtina [u] ex vaſis ſuis humorem.

641. Limpidum, ſalivae [v] ſimilem, ſuccum pancreas, glandula conglomerata [w], pone ventriculum [x] decumbens, adque duodenum [y] ſe curvans, ſecernit, excernitque ductu [z].

642. Ab aquoſo [a] *mucoſus* diſtans, quod minus fluidus, filaque ducat, ſaepe ex vaſis, absque interpoſitis folliculis, excerni videtur; vel glandulae ſuppeditant.

643. *Oleoſum* quoque, qui multum materiae continet, quae ad ignem incenditur, ſecernunt vaſcula, glandulae, ſimiliaque organa.

644. Ad hunc [b] certe pertinet humor, cujus officina *hepar* eſt.

He-

s 470. 471. 472. t 639. u 538. v 638. w 620. x 441. y 498. z 539. a 633. b 643.

Hepar.

645. Explet *hepar* ſpatium, quod inter concavum diaphragma eſt, & ventriculum, ſtomachum, duodenum, colon, renem dextrum.

646. Extrinſecus gibbum [c] & aequabile; ex interiore inaequabiliter ſinuatum.

647. Commodiſſimeque ad cavam partem [d] accedunt arteriae & venae, à diaphragmaticis, & à cyſticis, hepatica, venâque portarum; ducunturque in totum.

648. Neque vena portarum in ſinu hepatis, amiſſa venae ſpecie, vertitur in ſinum, è quo emiſſi rami in hepar ducantur; neque continet vagina capſularis.

649. Ab exteriori hepar cum diaphragmate, tam ſupra, quam in lateribus, & in priori, alligatur.

650. Praetereaque [e] iis, quae infra ſunt, ſuſtinetur, coercente ventre.

651.

c 645. Supel. anat. pars alt. 137. d 646. e 649.

651. Totumque jecur ſub tunicâ veſtiente non niſi corpuſculorum parvorum, acinos vocant, eſt congeries.

652. In quemlibet acinum [f] ramus à vena portarum, arteriae hepaticae, venae cavae, pori biliarii, ſe diffundit, celluloſa connexus.

653. Ipſe acinus [g], impletus ac ſolutus, totus videtur vaſculoſus; absque veſiculis interpoſitis.

654. Sanguinem venae portarum ſuppeditare materiem, è qua ſuccus hepatis ſecernatur, probarent, circuitus ejus peculiaris, lentior motus, facilior transitus, quantitas major, indolesque propria.

655. Quin ex viſceribus abdominis per venam portarum in jecur allatus ſanguis mutationem, in *meſenterio*, *omento*, *liene*, ſubit.

Meſenterium.

656. Medium inteſtinum, quod peritonaeum duplicatum, è lumbis, an-

f 651. g 651. Supel. anat. pars pr. 138.

anguſtiore ortu, ſurgit, in plicas explicatum, tubum inteſtinalem involvit [h].

657. Hoc [i] venas ducit meſeraicas, quae ſanguinem, abſorptis intra inteſtina chyli particulis impraegnatum, vehunt.

658. Talis ſanguis impraegnatus [k], ventris commotione mixtus, in venam portarum evacuatur.

Omentum.

659. *Omentum*, membrana tenuis, cellularis, à curvamine ventriculi deſcendens longius, in ſe ipſam revoluta, ſurſumque in colon terminata, ſaccum facit, qui fiſſurâ circa lobulum parvum hepatis hiat [l].

660. Pendulum illud [m] libere ſupra inteſtina propagines dimittit, quae viſcera ligant.

661. Lubricat viſcera, dum adipe perfunditur copioſa, in maſſulas collecta.

662

h 516. *i* 656. *k* 657. *l* 646. Supel. anat. pars pr. 88. *m* 659.

662. Hanc [n] vaſa ſecernunt, excernunt, atque reſorbent.

663. Itaque ſanguis, quem vena portarum ex eo [o] reducit, oleum ſubtile pro bile hepati ſuppeditare poterit.

Lien.

664. *Lien*, viſcus ovale, altera facie convexa, altera excavata, cum apice utroque obtuſiore, locatur in laterali & poſteriore parte ſiniſtri hypochondrii, formâ ad ſpatium aptata [p].

665. Retro lien per peritonaeum alligatur diaphragmati: caeterum [q] libere eminet, coercenteque ventre ſuſtinetur ab appoſitis, totus mobilis.

666. Spongiae inſtar mollis, colore lividus, coeruleo mixto, nec è fibris conſtat, nec è cavernulis.

667. At vaſa ejus ramoſa, minima, inque penicillos, celluloſa connexos, diſtribuuntur [r].

668

n 661. *o* 659. *p* B. S. Alb. anat. ac. lib. 7. c. 14. *q* 665. *r* Supel. anat. pars pr. 139. 140. 141. pars alt. 373. 374.

668. Qualem ſubſtantiam [s] membrana tenuis inveſtit.

669. Videturque lien operari pro hepate, cui per venam lienalem tradit ſanguinem, per aortam acceptum.

670. Neque ex eo [t] humor derivatur aliorſum.

671. Ideoque [u] emiſſarium nullum habet.

672. Certe ſanguis, è liene veniens, quamvis fluidus, alius eſſe invenitur, atque ille, qui per venas meſeraicas venae portarum, per eamque hepati traditur.

Bilis.

673. Ex ſanguine mutato [v] in hepate [w] ſecernitur, tum *latex*, tum *bilis*.

674. *Latex* [x], à pancreatico [y] & à bile [z] diverſus, multus influens, videtur agere virtute ſingulari, eaque efficą-

s 667. t 669. u 670. v 655.-672. w 645. x 673. y 642. z 676.

ficaciore, fortaſſe magis ſaponacea, quam pancreaticus.

675. Eumque [a] ductus hepaticus, minimis radiculis ex hepate & porta egreſſus, in choledochum, isque in duodenum [b], excernit.

676. *Bilis* [c] pauca, colore flavo, in viridem vergente, amariſſima, acris, oleoſa, inſigniterque ſaponacea.

677. Nec alcalina, nec acida [d].

678. Illam [e] colligit veſicula, ex membrana exteriori, celluloſa, musculoſa, nervea, villoſaque conſtructa.

679. Haec [f], in hepatis cavo [g] conſpicua, pyriformis.

680. Cujus [h] fundus in ſitu naturali inferius propendet, ſurſum & ſiniſtrorſum in ductum cyſticum terminatur.

681. Qui ductus [i] ex cervice intorta,

a 674. b 498. c 673. d 676. e 676.
f 678. g 646. h 678. i 680.

ta, pelliculis intus impedita, ad porum bilarium angulo acuto incedit, & cum hepatico [k] choledochum conſtituit.

682. Sicque [l] in duodenum evacuatur [m].

683. Undenam bilis [n] intra veſiculam [o] confluat, minus certum.

684. Naturae autem operi congruit; latici hepatico [p] ex cyſti ipſa [q] addi parcum ſuccum flavum & amarum, qui temperatus latice hepatico bilis eſſet.

685. Qualis [r] attenuat, ſolvit, concreta reſolvit, ſuoque interventu omnia conjungit in liquorem homogeneum; abſtergit denique glutinoſum.

686. Eadem [s] forſan ſtimulat acredine ſua motum periſtalticum [t], irritatque; appetitum [u] excitat & famem [v].

687. Tutius praeter ea, quae dicta

k 675. *l* 681. *m* 498. Supel. anat. pars alt. 138. 139. 140. 141. *n* 676. *o* 678. *p* 674. *q* 679. *r* 684. *s* 684. *t* 542. *u* 363. *v* 368.

ta ſunt [w], virtus quaedam phyſica agnoſcenda videtur, qua maxime agat.

Mamma

688. *Lacteus* quoque liquor, candidus, aequabilis, conſiſtens, ſapore dulcis, nutritius, in *mamma* ſecernitur.

689. In utroque ſexu mamma praeſens.

690. Ex naturae tamen lege in ſolo ſequiori, poſt partum, conficitur lac.

691. Glandula conglomerata [x] diſcum conſtituit rotundulum, circa cujus centrum capitulum fibroſum ſurgit.

692. In capitulum [y] galactofera ex diſco penetrant, deſinunt in extremo, & foras patent.

693. Idem capitulum [z] otioſum, flaccidum eſt, retractumque condit ſe

w 684. 685. 686. x 620. y 691. Supel. anat. pars pr. 201. 202. z 691.

ſe in aſſurgente circumcirca cute, ad ſimilitudinem praeputii, in fiſſuram deſinentis [a].

694. Infanti quum praebendum à nutrice, quum ad praebendum paratur gravidae, quum generandi cauſa ſtimulis venereis incitatur, tumens capitulum [b] turget, tenditur exeuns è praeputio ſuo, eminensque.

695. Ceſſantibus cauſis [c] rurſus flacceſcit, conditque ſe.

696. Praecipue ex ſanguine [d], chylo [e] impraegnato, nondum in cruorem ſubacto, lac à mamma ſecerni videtur.

697. Illud [f] ſponte in ſerum & cremorem ſecedit.

698. Idem [g] nativum alimentum naſcenti praebet.

699. Alios denique ſuccos, ex recenſitis [h] commixtos, officinae plus minus ſimiles è ſanguine [i] ſecernunt.

De-

a B. S. Alb. an. ac. l. 3. c. 12. b 691. c 694. d 195. e 546. f 696. g 696. h 633. 634. 635. 636. 637. 638. i 195.

Depoſitio ſecreti.

700. Quique jam ſecretus humor in aliis deponitur in commune excipulum membranaceum, folliculi ſpecie, quod in parte ſecernente eſt, oſculo parvo patens.

701. Ponunturque talia [k] ſub membrana terminante, quam oſculo perforant, ſicut per illud membrana folliculi continuetur.

702. In aliis humor excipitur à canali, qui vocatur vas excretorium & emiſſarium.

703. Ab origine ſua procurrentis emiſſarii [l] alia aliaque ratio eſt in aliis atque aliis.

704. Atque in aliis emiſſarium pertinet continuo ad locum, quorſum latex ſecretus deducendus.

705. In aliis pertinet in receptaculum, ſuum habens emiſſarium.

706. In receptaculum [m] deponitur ſecernendus humor, ubi non continuo,

k 700. l 702. m 705.

nuo, ſed per intervalla, juſta copia excernenda eſt.

707. Itaque depoſitum in receptaculum humorem in eo retineri, &, quum uſus eſt, emitti, neceſſe eſt.

708. Ubi emittendus eſt [n], laxare ſe emiſſaria extrema, credibile eſt.

709. Videturque humor, dum in receptaculo manet, ex naturae inſtituto mutari, emittereque aliquid & accipere.

710. Certe humor ſecretus retinetur, abſumta liquidiore parte inſpiſſatur, depuraturque.

Emiſſio ſecreti.

711. Cauſa, propellens ſecernendum, ſecretumque, atque excernendum, eſt vis cordis [o] & arteriarum [p], atque actuoſa [q].

712. Forte contrahens ſe emiſſarium juvat, & preſſio externa.

713. In aliis accedunt manifeſti ſtimuli, ſollicitantes & cogentes ad excernendum.

n 707. o 169. p 194. q 38.

714. Excernitur humor, vel bonus ad uſus neceſſarios, vel ſuperfluus & nociturus ad liberandam naturam.

Reſorptio.

715. In iis locis, in quibus patulae emittunt fiſtulae, venularum oſtiola abſorbent, ſive ex cavis corporis, ſive ex exteriore.

716. Docent id [r] injectio, inunctio, phaenomena.

Purificatio.

717. Liberandus erat homo ab inutilibus; ab iis, quae amica naturae non ſunt, eoque gravarent, nocerentque; ab acrioribus; ab iis, quae à firmis ſeparata ſunt deterendo; à ſuperfluis, quae ſordes appellari posſunt.

718. Quorum [s] ſolidior *foex*, aquoſior *urina*, ſubtilius *tranſpirabile inſenſibile*, craſſior *ſudor*.

Foex.

[r] 715. [s] 717.

Foex.

719. *Foex* fit à cibo [t], qui aſſumitur, humoribusque in ventriculum [u] & inteſtina [v] confluentibus.

720. Eam [w] colorat, tingitque bilis [x].

721. Sponte pro natura ſua corrumpitur [y], putreſcit, magis magisque naturam corrupti oſtendens.

722. In eaque [z], etiam in ſaniſſimo, eſt foetor.

723. Neque naturae inſtituto quodam ſtercus efficitur, ſed ſequela eſt concoctionis [a].

724. Adulto ſanoque homini craſſa electuarii ſpecies in inteſtino recto eſt; quae, dum per arctiorem ſphincterem transit, in cylindrum figuratur.

725. Reſpondetque viribus [b].

726. Quantitas à quatuor unciis cum ſemunce ad quinque uncias, aut paulo ultra, pervenit.

t 380. u 470. v 537-540. w 719. x 676.
y 719. z 719. a 438. b 723. 724.

727. Halitus ſtercoris impraegnatus eſt foetore ab oleo volatili, flammam ex igne concipiente.

728. Leni calore emittit foex aquam inſipidam, limpidam, foetore ſtercoreo impraegnatam; in reſiduo eſt oleum copioſum, primum flavum, alterum empyreumaticum; tum ſal volatilis & marinus & fixi aliquid & terrae.

Dejectio alvi.

729. Foex [c], utpote inutilis & gravis & nocitura, dejicitur.

730. Impellit ipſa [d] ad dejiciendum: urget & veluti ſtimulat copia, mole, acredine, fluore, duritie.

731. Ut dejiciatur, laxat ſe anus, laxante interno ſphinctere [e].

732. Deinde foex [f] expellitur inteſtini contractione [g] & nixu, comprimente ventrem, ſimulque anum verſus urgente.

733.

c 719. d 729. e B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 97. muſc. t. 12. f. 31. f 719. g 542.

733. Foeceque [b], quae expellitur [i], dilatatur anus.

734. Ano, dum foex [k] expellitur, protruſo, contractoque expellitur fortius per levatores ani [l], & ſphinctere m ani internum [m].

735. Juvant [n] partium diſpoſitio & poſitus corporis.

736. Simulac dejecta foex [o], contrahitur anus & retrahitur per ſphincterem internum [p] & externum [q], & levatores ani [r], ſimul agentes; quorum actio ceſſat, quum anus reſtitutus eſt.

Urina.

737. *Urina*, ſecundum naturam, nec nimis multa, nec parca, coloris citrini; odoris non ita ingrati, varia pro natura & copia aſſumtorum.

738.

b 719. *i* 732. *k* 719. *l.* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 94. muſc. t. 6. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 97. muſc. t. 12. f. 31. *n* 734. *o* 719. *p* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 97. muſc. t. 12. f. 31. *q* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 91. muſc. t. 13. *r* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 94. muſc. t. 6.

738. Conſtat haec [s] aquâ, oleo, ſale, atque terrâ.

739. Ignis permutat, neque vera principia declarat.

740. Illam [t] à ſanguine [u], per arterias emulgentes adducto, *renes* ſecernunt.

Renes.

741. Duo ſimiles *renes*, oblongi, ante & retro depreſſiores, apti ad ſpatium, in quo poſiti ad latera corporum vertebrarum dorſi, ſuper muſculis, in molli pinguedine.

742. Accipiunt [v] arterias & venas emulgentes ab aorta & vena cava.

743. Quorum vaſorum [w] in aliis atque aliis differentia, quoad numerum, decurſum, inſertionum angulos.

744. Conſtant [x] ex cortice, medulla, & papillari.

745. Cortex vaſculoſus, quem membrana continet, medullae circum-po-

[s] 737. [t] 737. [u] 195. [v] 741. [w] 742. [x] 741.

ponitur, quae in papillas excurrit [y].

746. Papillae fiſtulas continent uriniferas, quae per eas à cortice per medullam pertinent ſtriarum inſtar ad mucronem, quo patent [z].

747. Mucrones papillarum ramis pelvis excipiuntur, quibus confluentibus pelves fiunt, iisque ſenſim anguſtatis ureteres ad veſicam pertinent, cujus emiſſarium urethra eſt [a].

Renes ſuccenturiati.

748. Accenſentur renibus [b] *ſuccenturiati*.

749. Qui [c], glandulis [d] affines, renum [e] ſummis impoſiti, figurâ varia; in foetu majores.

750. De quorum [f] nec ductu excretorio conſtat, nec certi quid de uſu ſtatuendum eſt.

Ve-

y Supel. anat. pars pr. 142. 144. 145. z Supel. anat. pars pr. 146. 147. 148. 149. a Supel. anat. pars alt. 143. b 741. c 748. d 619. e Supel. anat. pars pr. 143. f 748.

Veſica.

751. Colligit *veſica* urinam [g], quam in eam ureteres [h] deponunt.

752. Locata veſica in anteriori parte imae pelvis, retroque peritonaeo obducta.

753. Quum vacua veſica, contracta vix eminet intra pelvim.

754. Diſtenta eadem [i] ſurgit in pelvem, ſupraque eam; formâ, pro aetate ſexuque, varia.

755. Forma in genere ovata, per longitudinem longior; fere triangula in foeminis, infra latior per transverſum; infantibus rotundior.

756. Ab ima & priore parte in viro ſenſim contrahit ſe veſica in cervicem craſſiuſculam, quae in anguſtiorem longamque urethram excurrit.

757. In foemina ex ipſo veſicae corpore ſine ulla cervice brevior urethra procedit.

758.

[g] 737. [h] 747. [i] 753.

758. Membrana intima lubrica, laevis, folliculum efficit; cui molem tribuit nervea craſſa, quam muſculoſa tegit: omnesque nectit celluloſa [k].

759. Depoſitam urinam [l] retinet veſica, &, quum urget, emittit.

760. Urina [m], ne refluat in ureteres [n], prohibetur continuo affluente à renibus [o]; anguſtia exitus oblongi ureteris; ejusdemque & veſicae contractione naturali.

761. Ne urina per cervicem veſicae effluat, prohibetur anguſtia cervicis, contractione ejus naturali, tunicaeque muſculoſae proximae.

Mictio.

762. Liberat à collecta urina [p] *mictio.*

763. Quum urina mittenda eſt, laxat ſe cervix [q], emittitque; ſimulque veſi-

[k] Supel. anat. pars pr. 150. pars alt. 144. 145. 146. 147. [l] 737. [m] 737. [n] 747. [o] 741. [p] 737. [q] 756.

veſica, contrahens ſe tunica muſculari ſua [r], expellit.

764. Quum dimiſſa urina, claudit ſe veſicae cervix.

765. Juvat expulſionem [s] compreſſio ventris.

766. Humor viſcoſus, qui in urethram ex lacunis glandulisque deponitur, lubricat, impeditque, ne concreſcat, defenditque contra acrimoniam urinae.

767. In viro quum, ob copiam ejiciendi imminutam, vis fracta eſt, & tantummodo deſtillaret, urina [t] projicitur contractione acceleratorum [u].

768. Emittitque vir ſolummodo commode, quum penis jaceat.

769. Neque alia via eſt, qua liberatur homo ab urina [v].

Tranſpirabile inſenſibile.

770. Tranſpiratione inſenſibili continuo

r 758. s 763. t 737. u B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 87. muſc. t. 3. v 763.

tinuo emittitur vapor tenuis, volatilis, odorus, ſalſus, inviſibilis.

771. Isque [w] ex circuitu corporis, vel etiam ex cavis, exit.

772. Eſtque [x] alius, aliusque, pro copia aſſumtorum, atque natura, quam retinet, ac ſpirat.

773. Eum [y] arteriolae extremis patentibus dimittunt, & exhalant.

774. Quomodo permixta cum humoribus per emunctoria excerni posſint, ſatis apparet.

775. Sed quae ſunt extra vaſa, aut detrita à firmis, aut ſuperflua, nocituraque, ea in vaſa penetrare, necesſarium videtur; ut permixta cum humoribus exitum inveniant.

776. Et quum arteriae afferant, venae referant, referri illud, quod in venas penetrarit, poterit atque eliminari.

777. Neque determinari poterit, utrum penetret per venarum membra-

w 770. x 770. y 770.

branam; an potius per patentia venarum principia accipiuntur: utrum quoque accipiant venae oſcillatione, vel vi quadam ſugente.

778. Dubiumque, an impellat vis cordis [z] & arteriarum [a].

779. Materia [b] proprie aqua eſt, in vaporem reſoluta.

780. Cuique ex eo [c] peculiaris odor eſt.

781. Quantitas omnem ſuperat fidem.

782. Differt haec [d] maxime pro vario victu, diverſo climate, motu & quiete.

783. Subtiliora itaque ſanguinis [e] recrementa ejicit, valetudinemque conſervat [f].

Sudor.

784. Aucta tranſpiratio inſenſibilis [g] *ſudorem* facit.

785. Is [h] alius atque alius eſt, pro diverſitate coeli, ſexus, aetatis, tempe-

z 169. a 194. b 770. c 770. 779. d 781.
e 195. f 781. g 770. h 784.

periei, victus, vitae, coctionis, partium corporis, quae emittunt.

786. Officina eadem [i] cum illa tranſpirationis videtur.

787. Dubium eſt, utrum glandulae cutaneae aliquid conferant.

788. Sebum commiſceri probare videtur unctuoſus ſudor.

789. Sudor naturaliter aqueoſalſus, inodorus, & colore expers, liberat ſanguinem à particulis aquoſis, ſalinis, terreſtribus.

i 773.

FUNC-

FUNCTIO ANIMALIS.

790. Quae animam ſimul & corpus ſpectat, & ab utroque perficitur, *animalis functio* eſt.

791. Quae binae ſubſtantiae [k], realiter diſtinctae, arcte & intime conjunctae ſunt.

792. Aliud autem de tota conjunctione [l] non conſtat [m], quam mentem & corpus in ſe mutuo agere, & à ſe mutuo pati [n]; idque juxta certas quasdam leges, ex quibus functio animalis profluit.

793. Quo [o] ſpectant *ſenſatio*, *motio*, earumque *exercitatio*.

Senſatio.

794. Eſt in toto corpore ſenſus interior, quo ſentit homo, omnemque particulam ſui ſuam eſſe percipiens, non peregrinam.

795.

k 790. l 791. m 62. n 68. o 792.

795. Videtur nulla pars absque ſentiendi facultate [p] eſſe.

796. Aliis ſentiendi facultas major, & manifeſtior; aliis minor, & obſcurior.

Anima.

797. Quod in corpore ſentit, *anima* eſt.

798. Sentit [q] autem per particulas corporis.

799. Sentire poſſet dici quaecunque animae mutatio, quae ex corporis, cum ea conjuncti, contactu profluit [r].

800. Quum nervus, ſi à corpore contingatur, illam mutationem [s] in anima faciat; inde ſentire praecipue nervus videtur.

801. Quum nervi ex medulla cerebri deſcendunt; inde haec proprie ſentit.

802. Anima videtur juncta toti corpori [t].

803.

p 794. q 797. r 71. s 799. t 791.

803. Attamen in encephalo rationis participem animae partem eſſe, phaenomena indicant, obſervationes & experimenta confirmant.

804. Ab eodem [u] quoque manare voluntarie movendi & ſentiendi facultas videtur.

805. Manareque ab eo [v] per ſpinae medullam, nervosque.

806. In medulla autem, quae per nervos propagatur ab encephalo, ſenſatio reſidere videtur, neque in ſingulari parte.

Encephalus.

807. Moles mollis, magnaque, quae *encephalus*, nullam fert preſſionem absque functionis laeſione.

808. Quare [w] galea oſſea circummunitur, quam cum arteriis, venisque, & nervorum principiis implet; ubique libera, nullibi, niſi vaſis, nervisque adhaerens [x].

809.

u 803. *v* 803. 804. *w* 807. *x* B. S. Alb. de ſcel. c. 35. oſſ. T. 3.

809. Partibusque ejus [y] majoribus interſerti ſunt proceſſus durae meningis lati & extenſi, formâque ad ſpatium aptati, qui ſuſtinent ad ſimilitudinem tentorii, prohibent, caventque, ne ſubſideat, neve vacillet in capacitate cranii, quum caput moveatur, aut allidatur.

810. Diſtincta [z] eſt in cerebrum, cerebellum, medullamque oblongatam, quae in ſpinalem excurrit.

811. Major pars totius maſſae, cerebrum, dimidium fere ovum refert, ſuperior ſitu, atque gyris diſtincta [a], ab inferiori etiam in lobos finita.

812. Alia portio minor, ſitu poſterior & inferior, tota depreſſa, globoſa, ſulcis circularibus vel ellipticis ſeparata, cerebellum facit.

813. Caudicem, cui cerebrum & cerebellum tanquam tubera innaſcuntur, medulla conſtituit oblongata, cerebro cerebelloque ſubjecta, adque

y 807. z 807. a B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 12.

que foramen occipitis porrecta, elapſaque, per ſpecu vertebrarum continuatur, nomine ſpinalis medullae.

814. Praeter has praecipuas partes [b], ocurrunt in iis hemiſphaeria cerebri, corpus calloſum, centrum ovale, corpora ſtriata, thalami opticorum, glandula pinealis, nates, teſtes, limbi poſteriores corporum ſtriatorum, radices fornicis, fornix cum cruribus ſuis, ſeptum lucidum, crura medullae oblongatae, corpus candicans, prominentia annularis, corpora pyramidalia & olivaria, caetera.

815. Neque conſtat, ſedes aliarum atque aliarum facultatum animae, quae rationis particeps eſt, illas [c] eſſe.

816. Neque probatur; ſedem animalitatis, ut appellatur, in cerebro [d], vitae in cerebello [e], latere.

817. Spatiola, inter has partes [f] relicta, conſpiciuntur.

818. Ventriculi anteriores ſpatia ſunt

b 810-813. c 814. d 811. e 812. f 814.

ſunt inter fornicata hemiſphaeria [g] cerebri, ſubjectamque medullam oblongatam [h].

819. Qui [i] ante per ſeptum lucidum fornicisque principium plane diſcernuntur; retro per fornicem incumbentem medullae oblongatae.

820. Qua crus alterum medullae oblongatae alteri [k] adjacet, priusquam in caudicem confluant, id vocatur ventriculus tertius.

821. Hic [l] ſupra terminatur tenui medullâ, crura conjungente, ſicut ante vulva, retro anus, è ventriculis anterioribus [m] in tertium pateant.

822. Ubi cerebellum medullae oblongatae inſidet [n], inter caudices duos, quos ab utraque parte adjungit, id vocatur ventriculus quartus.

823. Cujus [o] in fundo inciſura appellatur calamus ſcriptorius.

824. Simile quid eſt emiſſarium a-

g 814. h 813. i 818. k 814. l 810. m 818. n 813. o 823.

aquae, qua nates & teſtes oblongatae inſident [p].

825. Neque improbabile, in ſpatiis cerebri rorem exhalare, reſorberi, condensari frigore in lympham.

826. Minime autem probatum eſt, quod latex ille [q] aquoſus è ventriculis anterioribus [r] per anum & vulvam [s] fluat in ventriculum tertium [t], ex eoque per infundibulum ad pituitariam, per eamque deduci ad naſum.

827. Aliaque debentur conformationi, qua natura uſa eſt.

828. Involvunt totam maſſam [u] dura & pia matres cum arachnoïdea.

829. Perioſtium interioris cranii, quae dura mater, capacitatem perficit, redditque aequabilem; ex interiori parte laeve.

830. Neque arteriae & venae eminent intra capacitatem ejus, ſed in exteriore parte, inſidentes ſulcis cranii [v].

831.

p 814. q 825. r 818. s 821. t 821. u 807. v Supel. anat. pars alt. 35. 36. 37.

831. Caeterum oſſi firmiter commiſſa propagine ſpinae medullam continet.

832. Emiſſisque vaginis minoribus principia nervorum etiam continet.

833. Fibroſa licet appareat ejus[w] fabrica, non tamen rubra carne, aut tendinea conficitur.

834. Neque glandulae in ea [x] locatae.

835. Pia mater partes encephali, quae liberae ſunt, intrinſecus terminat tenuis, ſtricte adnexa.

836. Eaque [y] ſulcis cerebri [z] ſe interſerit, inveſtit ventriculos [a], emisſosque nervos, ducitque vaſa [b].

837. Deſuper [c] arachnoidea, in baſi cerebri laxe, inque ſpinae medulla, principiisque nervorum, continet.

838. Neque pro piae lamina haberi

w 829. x 829. y 835. z 811. a 818. b. B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 12. Supel. anat. pars pr. 72, 73, 74, 75, 76, 77. pars alt. 53. c 835.

ri poteſt, quae ſulcos non ſubeat; ſed pro peculiari involucro habetur.

839. Cerebrum conſtat medullâ, ad quam cortex ita accedit, ut cortice incipere videatur, ab eoque medullam procedere.

840. Alibi etiam cortex interior eſt; alibi permixta cum cortice medulla.

841. Natura corticis tenerrima & molliſſima, coloris ex cinereo, rubro & flavo compoſiti.

842. Neque glanduloſus cortex, neque ſpongioſus, ſed maximam partem ex vaſculis, in muſci ſeu tomenti ſpeciem ſolvendis, conſtare injectio probaret.

843. Quum vero multa pars corticis impleri nequeat; quod ſupereſt ſola probabilitate vaſculoſum ſtatuitur [d].

844. Medulla alba, mollis, cortice

[d] B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 12. Supel. anat. pars pr. 78. 79. 80. 81. 82. 83.

ce tenerior, ad ſenſum uniformis pulpa eſt.

845. Eam [e] tubuloſam eſſe, aut fiſtuloſam, haud certo probatur [f].

846. Ad maſſam [g] tendunt arteriae, & venae.

847. Carotides internae canales petroſos, flexuoſos [h] penetrant, capacitatem capitis ingreſſae in ramos anteriores & poſteriores, eosque conjunctos inter ſe & cum vertebralibus, ſecedunt.

848. Vertebrales per foramina proceſſuum transverſorum vertebrarum cervicis [i] à ſubclaviis adſcendunt, per foramen occipitis magnum [k] ingreſſae ſupra medullam oblongatam coaleſcunt in cervicalem, quae, in ramos diviſa, cum illis carotidum [l] convenit.

849. Natus ex unitis illis [m] circulus arte-

[e] 844. [f] B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 12. [g] 807. [h] B. S. Alb. de ſcel. c. 45. §. 7. oſſ. t. 3. ic. 2. [i] B. S. Alb. de ſcel. c. 13. ſcel. t. 1. & 2. oſſ. t. 10. ic. 1, 2, 3, 4, 5. 8. [k] B. S. Alb. de ſcel. c. 24. §. 9. oſſ. t. 2. ic. 1. t. 3. ic. 2. [l] 847. [m] 847. 848.

arterioſus diſtribuit arterias in totum encephalum.

850. Neque ex circulo [n] ſolo emittuntur arteriae; verum etiam emittuntur à ſingulis, antequam confluant.

851. Arteriae autem cerebri tenuiores eſſe cernuntur, habentque tunicam muſcularem tenuiorem [o].

852. Similis venarum, è cerebro venientium, quae arteriarum [p], ratio.

853. Eae [q] in cerebro ubique reperiuntur, aliis venis ſimillimae, non valvuloſae tamen, arteriis ampliores, per corticem, medullam, ſulcos, interiores caveas, diſperſae.

854. Ex cerebri arteriis [r] ſanguis, ut in reliquo corpore, tranſit in venas.

855. Plexus choroidei, membrana flocculenta, convoluta, per quam diſperſa vaſa venoſa, arterioſa, in glome-

n 849. o B. S. Alb. ann. ac. l. 7. c. 8. p 847, 848. q 852. r 847, 848.

meres collecta, maxime in ventriculis anterioribus ſedent, in reliqua cava continuati [s].

856. Rorem forte exhalant [t], qui capacitates cerebri humectat, & condenſatus in lympham coit: quare reſorbendus.

857. Deſinunt jam venae [u] in ſinus, in craſſa meninge, inque ſpatiis, à partibus cerebri majoribus relictis, poſitos, longitudinalem, laterales, circularem, petroſos, occipitalem, illos medullae ſpinalis, aliosque.

858. Iique [v] trunci venarum ſunt, atque in jugulares internas & vertebrales terminantur.

859. Neque arteriae ſe in illos [w] evacuant.

860. Sanguinis quantitas, à corde in aortam pulſi, cerebroque dati, haud terminatur menſurâ arteriarum carotidum [x] & vertebralium [y].

861.

s 817-824. Supel. anat. pars pr. 84. *t* 855. *u* 852, 853. *v* 857. *w* 857. *x* 847. *y* 848.

861. Etenim qui pellitur in carotides & ſubclavias ſanguis, ejus quamplurimum non cerebro datur, ſed collo, capiti, artubus ſuperioribus.

862. Neque in tres arterias, quia ab angulo aortae recte procedunt, oſtiaque recte oppoſita pulſo ſanguini habent, ſolidiores particulae ſanguinis pelluntur, quam in aortam deſcendentem.

863. Equidem cognoſcere non datur, ſanguinem, qui in aorta deſcendente eſt, alium eſſe atque illum, qui in tribus arteriis.

864. Neque videtur pars ſanguinis purior & ſincerior in cerebrum per carotides internas deferri, eo quod per externas depuraretur à materia ſalivae, muci, lachrymarum.

865. Etenim idem ſanguis, per carotides adveniens, dividitur in rivos duos, quorum alter in externam, per exteriora capitis potiſſimum ductam, & in internam, ad cerebrum perti-

nentem, in quas ſe findunt trunci, fertur.

866. Neque depuratio illa, ſi qua eſſet neceſſaria, eſt in ſanguine, qui per arterias vertebrales & ſpinales affertur.

867. Non magis ſanguis, quia cerebrum tam molle eſt, neque vim fert majorem, retunditur per angulum aortae, curvaturam carotidum per canales petroſos; perque haud abſimilem curvaturam vertebralis circa atlantem; quam per tot flexus arteriarum, quae ſe curvant per opportunitatem loci; ut radices.

868. In reſpiratione encephalus manifeſte movetur.

869. In exſpiratione cerebrum mole augetur, diſtenditur, & aſſurgit.

870. In inſpiratione minuitur cerebrum, ſubſidet, deſcendit.

871. Neque ab aëre, per nares in cerebrum ſurgente, neque à contractione muſculari durae matris, motus iſte [z] dependet.

z 868.

872. Verum ex eo, quod ſanguis per venam jugularem utramque in exſpiratione repellitur, & ad caput adſcendit; per inſpirationem deſcendit, & ad cor accedit,

Nervi.

873. Ut à corde arteriae, ſic à cerebro *nervi*, in corpus diſtribuuntur.

874. Qui [a] funiculi plani, fibroſi, maxime ex medulla fiunt, quam ex encephali aut ſpinali medulla continuata, alba, molli, elateris experte, nec tenſa, accipiunt.

875. Procedunt [b] per foramina, quibus conceptaculum encephali apte perforatum eſt [c], quaeque in ſpecu inter duo quaeque oſſicula relinquuntur, & formata ſunt [d].

876.

a 873. *b* 873. *c* B. S. Alb. de ſcel. c. 45. oſſ. t. 1. ic. 1. t. 2. ic. 1. t. 3. ic. 1, 2, 3. t. 5. ic. 6, 7.
d B. S. Alb. de ſcel. c. 14. oſſ. t. 7. ic. 2. t. 8. ic. 2, 4, 5. t. 9. ic. 4, 5. t. 10. ic. 2, 3, 4, 5, 7, 9, 10.

876. Poſt [e], ubi inter partes corporis, inque eas ducuntur, firmi fiunt, durique, haud abſimiles chordis.

877. Deſinunt [f] autem, vel in expanſionem, vel tubercula ſeu papillas, pro vario organo.

878. Nullus nervus exiguus adeo eſt, ut non ex pluribus conſtat funiculis.

879. Qui [g] cylindrici, aliquantum compreſſi, recti & paralleli, ab ortu ab medulla ad finem diſtincti.

880. Singulosque [h] cingit membranula, piae matris quodammodo continuatio [i].

881. Quod fibrillas [k] in faſciculos colligit involucrum durius, non eſt durae matris [l] propago.

882. Ubi jam ramos emittere nervi videntur, non emittunt, ſed à faſciculo majore abſcedit minor.

883.

e 875. f 874. g 878. h 878. i 835. Supel. anat. pars pr. 69, 70, 71. k 878. l 829.

883. Subſtantiam nervi formari in canaliculos, qui à cortice [m], ejusquc arteriolis orti, inque medulla [n] collecti, ſecedentes in nervos, per eos in corpus ducantur, acceptumque ſecretum in cortice laticem deferrent; ex fabrica, ligatura, effluxu, presſione, ratiocinio, minus recte concluditur.

884. Haec [o] tamen non doceant, canaliculos non eſſe, neque poſſe aliquando inveniri.

885. Huc usque ſaltem non inventos docent.

886. Denique in nervis ganglia, ſeu noduli, reperiuntur in ea ſede, in qua plures nervi uniuntur, & è qua plures ſecedunt.

887. Duriſſimaque haec [p] pars nervi ſunt.

888. Latet eorum [q] ſtructura: latet utilitas: latent in iis multa.

889. Videtur natura nervorum propria

m 841. n 844. o 883. p 886. q 886.

pria medullaris, vi illa praedita, qua fiat, ut apte afficiantur, afficiantque, & ſic agant.

890. Nervi ſenſui & motui ſerviunt.

891. Videntur nervi alii ad ſenſum facere, alii ad motum.

892. Caeteri ramis ſuis tum ad motrices partes pertinent, tum ad ſentientes.

893. In his [r], utrum iisdem inſit facultas utraque, tum ad motum pertinendi, tum ad ſenſum, determinari haud poteſt.

894. Neque conſtat, utrum aliis ramis eorum [s] inſit haec, aliis illa: pertineantque alteri ad partes motrices, alteri ad ſentientes.

895. Videnturque diſtincti eſſe, & ſolitarii, qui in proxima loca commode ducuntur.

896. Conjuncti autem reliqui, qui in corpus ducendi, unaque ducuntur commodiſſime.

897.

[r] 890. [s] 890.

Liquidem nerveum.

897. Atque, ut alia viſcera humores, ſic *liquidum nerveum* encephalus ſecerneret.

898. Subtilem illum laticem ex cerebro per canaliculos nervorum totum corpus perfundere, argumenta [t] non clare evincunt.

899. At inviſibile liquidum, canaliculi nervoſi haud conſpicui, aut probati, indoles hujus ignorata, dubium augent.

900. Celeritas praeterea, qua à cerebro ad ſenſuum & motuum organa tendit; iter; reditus; ratio distinctionis pro motu & ſenſu; difficultates ſunt, quae tam facile non amoventur.

Senſus.

901. *Senſus* ſunt *externi*, *interni*que.

Senſus externi.

902. Data homini ſenſuum inſtrumen-

t 897. 807. 842. 845. 860—867. 883. 890.

menta, quibus, quae extra ſe ſunt, excipiant, & internoſcant: quibus aut grate afficiantur, aut moleſte.

903. In iisque [u] id, quod ſentiat, nervum eſſe, in eoque medullam; indicare videntur obſervationes.

904. Forſan nervorum quaedam diverſitas ponenda.

905. Saltem medulla nervi ſenſorii varie diſpoſita [v] videtur.

906. Aliquid tamen inſtrumenti ratio efficit; eaque differunt inter ſe.

907. In omnibus [w] tactus ſpecies eſt, qua res corporeae, quae extra ſunt, attingunt nervum, afficiuntque.

908. Ibique, ubi nervus afficiatur, homo, ſentire ſe, negare ſibi vix poterit.

909. Attamen obſervatio & experimentum eo videntur ducere, ut potius per continuationem nervi affecti deducatur affectio ad originem nervi in cerebro, ut ibi ſentiat; & ali-

u 902. v 877. w 902.

alicubi in cerebro ſenſorium eſſe commune, unde nervi omnes veniant.

910. Haec [x] autem ſolum oſtendunt, ad ſenſum ſanum nervum, cumque cerebro libere continuatum, requiri.

911. Nervi integritatem ſuam habent à cerebro, ut fonte; ſuntque cerebrum ad loca illa productum, ubi ſentiendum.

912. Vitiato fonte, vitiatis productis ab eo nervis, integritas vitiatur.

913. Videturque imaginationi adſcribendum, quod in parte reſciſſa dolor percipiatur.

914. Ubi vero homo judicat de eo, quod ſentit, per quod afficitur dolore; judicat alicubi in cerebro: quamvis tamen frequenter admodum fit, ut judicandi tempus non eſſe videatur.

915. Differunt inter ſe inſtrumenta,

x 909.

ta, in quibus nervus ponitur; ut poſcit deducendi ratio.

Tactus.

916. Late ſi ſumatur *tactus*, proprie eſt ſentire, vel affici à corpore contingente.

917. Ubique in corpore praeſens, intus, extus, ipſis in organis, ſingularibus ſenſibus deſtinatis.

918. Singulares autem proprietates corporum tactus diſtinguit.

919. Sedes hujus [y] ſumma cutis eſt, qua late patet per circuitum corporis.

920. Tactusque ſpecies animadvertitur in membranis interioribus, quae cuti continuatae.

Cutis.

921. Eſt *cutis* membrana denſa, expanſilis, ſimulque contractilis, ope telae celluloſae [z] cum ſubjecta carne cohaerens, mobilis.

y 918. z Supel. anat. pars alt. 28, 29, 30.

922. Numeroſi nervi per cutem decurrunt, & exigua intervalla inter ſuos ſurculos relinquunt, ac penetrant; credibileque, penetrare in papillas, per cutem diſperſas.

923. Probabileque, papillas conſtare particulis cutis, vaſis, atque penicillis nervoſis [a].

924. In tactu afficiuntur hae papillae [b], eminentiae, quas cutis crebermimas exerit, tanquam tangenda verſus.

Epidermis.

925. Superinducta, quae tuetur papillas [c] ab omnibus, quae laederent, *epidermis*.

926. Haec [d] ſiccior, inſenſilis, cutim obducit, & intra cava continuatur, mutata ſenſim naturâ, ſulcata eſt.

927.

a B. S. Alb. ann. ac. l. 6. c. 10. Supel. anat. pars pr. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 55. 56. 58. 151-161. pars alt. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 31. 32. 33. 34. b 923. c 923. d 925.

927. Cum cute accurate cohaeret fibris exiguis.

928. Vaſa in ea [e] nondum detecta; attamen regeneratur.

929. Fereque, ut uſus poſcit, ſic alia parte craſſior, alia tenuior, jam in foetu [f].

930. Eadem tactus temperatur.

Reticulum.

931. Molliter continet mollior & tenerior cuticulae [g] pars interior, quae vocatur *reticulum.*

932. Ejusque eſt craſſitudinis, ut lateant in ea [h] papillae [i], neque cum ea emineant, ut ſimul intra eam aſſurgentes, verticibus ſuis ad extima fere pertineant.

933. Itaque cuticulae haec lamina integra continua membrana eſt, quae ſine foraminibus incumbit papil-

e 925. f B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 1. 2. 4. 5. l. 4. c. 14. l. 7. c. 3. Supel. anat. pars pr. 1. 2. 5. 7. 10. 11. 32. 33. 39. 40. 48. 49. pars alt. 1. 2. 3.
g 925. h 931 923

pillis [k], & ab ipſis foveolas impreſſas patitur [l].

934. Hoc in reticulo ſedes coloris varii [m].

Unguis.

935. Multa ungui & cuticulae [n] communia ſunt.

Renaſcuntur: ſenſibiles non ſunt: creſcunt: cernuntur in neutro illorum vaſa.

936. Eſtque *unguis* epidermidi [o] continuatus.

937. Unguis, dum naſcitur, mollis & plicatilis; dein elaſticus, cartilagine durior, cornu ſimilior: ſupra planior, infra ſulcatus, longis fibris conſtat.

938. Tres hujus [p] ſunt partes conſpicuae: candida lunula, ſeu radix, ſulco cutis infixa: pars rubella, cum pul-

[k] 923. [l] B. S. Alb. ann. acad. l. 1. c. 1. 2. 3. 4. 5. Supel. anat. pars pr. 3. 4. 6. 12. 13. 14. [m] B. S. Alb. diſſ. de ſede & cauſ. col. aethiop. & caet. hom. Supel. anat. pars pr. 8. 9. 34. 35. 36. 37. 38. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 51. 52. 53. 54. 59. [n] 925. [o] 925. [p] 937.

pulpa papillata connexa: extrema continue creſcens, ni reſcindatur.

939. Qua radix [q] ſulco cutis inhaeret, epidermis [r] reflexa ad illam adhaeret; &, niſi ſeparetur, antrorſum ſuperexcurrit: dum reticulum [s], ſub ungue pergens, papillas [t] tegit [u].

940. Utiles ad tactum ſunt ungues, & fortiorem adprehenſionem.

Pili.

941. *Pilis* hirſuta tota cutis [v], exceptis forte vola & planta.

942. Pilus quisque bulbo ovato, extus duro, intus teneriore, vaſculoſo, inhaeret telae celluloſae, inde vaginulâ tectus ad porum cutis pervenit, tranſit, neque epidermidem [w] perforat, ſed in ſpeciem infundibuli ex cuticula ſibi vaginam facit, alteri vaginae adnatam [x].

943.

q 938. r 925. s 931. t 923. u B. S. Alb. ann. ac. l. 2. c. 14. 15. diſſ. de ſede & cauſ. col. aeth. & caet. hom. Supel. anat. pars pr. 15. 16. 17. 18. 19. 50. v 921. w 925. x B. S. Alb. ann. ac. l. 6. c. 9. Supel. anat. pars pr. 20. 21. 57. 60.

943. Creſcunt continuo & reſecti recreſcunt pili inſenſiles, niſi evellantur.

Folliculi cutis.

944. Tota cutis [y] unguine unctuoſa eſt.

945. Folliculi namque membranacei, rotundi, ſimplices & compoſiti, per cutem diſperſi, fundunt ſuccum oleoſum, qui, iis preſſis, effluit, vel exſiccatus in vermiculos induratur.

Tactio.

946. Per tactum omnes proprietates corporum percipiuntur.

947. Oportet autem, ut haec [z] ad cutem [a] admoveantur; tangendaque ſunt.

948. Tangit homo generaliter aut preſſione ſola, aut agitatione premente.

y 921. z 946. a 921.

949. Tactusque exquiſitior in volis, plantisque, maxime in pulpis digitorum, imprimis manuum.

950. Quas [b] etiam uſus & exercitatio reddit aptiores.

951. Effectusque tactus ſunt voluptas, titillatio, dolor.

Guſtatus.

952. Guſtatus ſedes os eſt, potiſſimumque *lingua.*

Lingua.

953. Anguſtior homini, in ore volubilis, cum larynge cohaerens, ſuperne libera, lingua eſt.

954. Quam [c] fibrae tenues, adipe involutae, cum muſculis continuatae, componunt.

955. Totaque plena papillis, quae ſupereminent intervallis exiguis.

956. Credibile; nervorum ſimilem in iis [d] rationem eſſe, atque in papillis cutis [e].

957.

b 949. c 953. d 955. e 922.

957. Etenim ad linguam vadunt rami tertii quinti paris, octavi paris, & par nonum.

958. Papillae jam obſervantur variae; continuaque ſerie aliae in alias degenerant, differentes ratione magnitudinis, figurae, poſitus.

959. Quae [f] ex pluribus ſtaminibus in ſpeciem tuberculorum fiunt.

960. Conſtantque [g] materiâ tenui, conſiſtente magis quam medulla, & continuata cute linguae; vaſis, quae intra ſtamina currunt; atque pulpâ nervi.

961. Videntur [h] in acumine perforatae: nam, deterſa linguâ, continuo madeſcunt [i].

Periglottis.

962. Superinducta *periglottis* papillas [k] defendit.

963. Tota quae [l] tenerior, mollior-

f 958. g 958. h 958. i B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 14. 15. k 958. l 962.

liorque, & molliter continet, & penetrabilis eſt ſapidis, quae imbibit.

964. Nullumque adeſt corpus reticulare.

965. Etenim ex interiore parte, qua adhaeſit periglottis, non foramina, ſed vaginulas habet [m].

966. Tota denique lingua, apice excepto, glandulis obſita ſimplicibus, ad cutem linguae pertinentibus, quae mucum parant & oſculis exiguis fundunt.

967. Ulterius in ſulcis linguae, ante epiglottidem, foramen caecum conſpicuum, antrorſum patulum, retrorſum ſub linguae carne productum.

968. In quam cryptam [n] hiant ſimiles glandulae [o].

Guſtus.

969. Per *guſtum* percipiuntur, quae tac-

m B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 16. l. 4. c. 14. l. 5. c. 1. Supel. anat. pars pr. 163. n 967. o 966.

taƈtu; ſed praeterea virtutes rerum, quae ſapida dicuntur [p].

970. Quae [q] ad linguam admovenda ſunt, &, ni acriora, ſolvenda in ſaliva, ſolutaque penetrant.

971. Guſtatus exquiſitior in dorſo linguae, praſertim in apice.

972. Efficaciora etiam alia organa afficiunt; labia, palatum, uvulam, fauces [r].

973. Diverſitas quidem ſaporis fit per diverſam, propriamque ſapidi naturam, alio, alioque modo afficientem.

974. Multum quoque confert inſtrumenti ratio, quae alia, atque alia pro aetate, temperamento, aliis.

975. Quod vero alia aliis grata ſint, aliis ingratiora; id ſentientis partis animae & appetentis, vel averſantis.

976. Multumque huc [s] uſus & conſuetudo valent.

977.

p B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 17. q 969. r Supel. anat. pars pr. 164. 165. s 975.

977. Pro voluptate praecipue, & ad noxium diſtinguendum, datus guſtus videtur.

Olfactus.

978. Olfactui *naſus* & *nares* ſerviunt.

Naſus.

979. *Naſum* oſſa cum appoſita cartilagine formant: dum cutis in alas, mobiles per levatores [t], depreſſores [u], compreſſores [v], ſe explicat.

980. Singularis, aptaque eſt naſi configuratio, tum ad ſpiritum ducendum, tum ad olfaciendum [w].

Nares.

981. Inter orbitas & palatum, glabellae ſubjectum, cavum capax *nares* ſunt; quas oſſa conſtituunt [x].

982.

t B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 8. muſc. t. 1. *u* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 18. muſc. t. 3. *v* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 7. muſc. t. 1. *w* Supel. anat. pars alt. 166. 167. 168. *x* B. S. Alb. de ſcel. c. 37. oſſ. t. 1. 2. 3.

982. Ante ſub extremo naſo [y], retrorſum in fauces [z], patent [a].

983. Inque eas [b] ſinus patent frontales [c], ſphoenoidaei [d], maxillares [e].

984. Totas [f] ex externo [g] ad hiatum poſterum in duas dividit ſeptum, partim oſſeum, partim cartilagineum.

985. Membrana pituitaria, cuti continuata, ſuperinducitur capacitati narium toti [h], in tenuiorem, ſinus [i] veſtientem, deſinens.

986. In ea [k] papillis exiguis ſimile quid animadverſum, ſuperindacta nebulâ, ſimilitudine periglottidis [l].

987. Et nervi penetrare in eandem [m] videntur olfactorii.

988. Humectat totam capacitatem [n] & ſinus [o] humor tenuis, blandus

y 979. z 409. a 981. Supel. anat. pars alt. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. b 981. c B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 11. de ſcel. c. 23. oſſ. t. 3. ic. 1. 2. 3. t. 4. ic. 1. 2. 8. t. 5. ic. 2. d B. S. Alb. de ſcel. c. 26. oſſ. t. 3. ic. 2. 3. t. 4. ic. 1. t. 5. ic. 2. e B. S. Alb. de ſcel. c. 28. oſſ. t. 4. ic. 3. 8. f 981. g 979. h 981. i 983. Supel. anat. pars pr. 169. 170. 171. 172. k 985. l 962. m 985. n 981. o 983.

dus & viſcidulus; quem vel arterias exhalare, vel folliculos exiguos fundere, putant.

989. Qui mucus [p] tuetur nares.

990. Isque abundantior, conſpiſſatus emungitur; vel ſternutando ejicitur; vel exſcreatur: naresque purgantur.

Odoratus.

991. Per olfactum percipiuntur effluvia ſubtiliſſima, quae virtutem rerum continent; quaeque, cum aëre permiſta, penetrant in nares.

992. Afficiturque membrana pulpoſa narium, atque nervi, qui per eam diduntur [q].

993. Olfacit homo inſpirando, attrahendo: olfacit quoque exſpirando, quae è pulmonibus veniunt.

994. Pellitur aër cum effluviis maxime ſurſum contra lacunar narium; ibique ingrediuntur nervi & proxime ad

p 988. q 985. 986. 987.

ad cerebrum pervenitur tenui diſcernente oſſe, cum ſuperinducta altera parte cute naſi, ab altera dura meninge.

995. Ex quo [r] intelligi poſſunt effectus odoris in cerebrum, inque corpus totum.

996. Jam ad recte & ſubtiliter olfaciendum inſtrumenti ſubtilitas requiritur, quae alia, aliaque eſt aliis atque aliis.

997. Accedunt [s] uſus & exercitatio.

998. Noxium ab innoxio odoratus diſtinguit.

Auditus.

999. Excitatis à corpore ſonante trementeque, undis aëris, in aurem penetrantibus, audit homo.

1000. Id quod [t] *auricula* abſolvit, & *auris* [u].

Au-

r 994. s 996. t 999. u B. S. Alb. de ſcel. c. 14. oſſ. t. 2. 3.

Auricula.

1001. Figura auriculae ovata, retro convexa & ſimplex, ante concava, varieque figurata.

1002. Ambitus hujus [v] ſuperior arcuatus in helicem; ante quem anthelix retro deſcendit relicta inter radiculos valleculâ, quae cum ſcapha, radicem helicis circumeunte, in concham terminatur; eamque tragus & antitragus ab inferiori terminant; ſub quibus lobus pendet.

1003. Figuratam auriculam [w], cartilagineam, elaſticam cutis ſtricte tegit [x].

1004. Tota auricula laxa, à capite remota, antrorſum converſa, obſequioſa, à muſculis, atollente [y], anteriore [z], retrahentibus [a], latiſſimo col-

v 1001. Supel. anat. pars pr. 173. 174. pars alt. 158. 159. 160. 161. w 1001. Supel. anat. pars alt. 162. x B. S. Alb. ann. ac. l. 6. c. 7. y B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 2. muſc. t. 1. z B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 3. muſc. t. 1. a B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 4. muſc. t. 5.

colli [b], tragico [c], antitragico [d], majore helicis [e] ac minore [f], transverſo [g] movetur; & tum latiori, tum parte figurata [h] mutatur.

1005. Conſuetudo autem & perpetuus vittarum uſus auriculas ad caput apprimunt, & immobiles reddunt.

1006. Neque tamen iis, qui docti ſunt exquiſite audire, quum attente, exquiſiteque audiunt, agere muſculos illos [i], animadvertitur.

1007. Utiliſſima auricula undas ſonoras excipit, propterque anfractus [k] reflexas & coalitas copioſas ducit in *meatum auditorium.*

Meatus auditorius.

1008. Hic *meatus auditorius* [l], partim cartilagineus, partim oſſeus, à concha [m] coarctata in initio parum adſcen-

b B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 35. muſc. t. 1. *c* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 26. muſc. t. 1. *d* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 27. muſc. t. 1. *e* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 28. muſc. t. 1. *f* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 29. muſc. t. 1. *g* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 30. muſc. t. 11. f. 5. *h* 1002. *i* 1004. *k* 1002. *l* 1007. *m* 1002.

ſcendit, antrorſumque tendit; inde à media ſui parte inflectitur & redeſcendit; denuoque antrorſum ſurgens ad tympani membranam [n] deſcendit [o].

1009. Oblinit cutem humor viſcidulus, ſubluteus, quo mollitudo cutis, quae intra meatum introducitur tenſa, conſervatur.

1010. Quem [p] glandulae ſebaceae effundunt.

1011. Ex eoque [q] inſpiſſato, exſiccato fit cerumen.

1012. Purgandique cauſa erecti pili titillant.

1013. Aptusque meatus via eſt, quae ſonum ducit ad membranam tympani [r].

Auris.

1014. Ultra meatum [s] deliteſcit *auris*, dura, ſolida [t].

1015. Cujus [u] exſculptam in oſſe pe-

n 1015. o B. S. Alb. de ſcel. c. 25. oſſ. t. 1. ic. 3. t. 2. ic. 1. p 1009. q 1009. r 1015. s 1008. t B. S. Alb. de ſcel. ic. 25. oſſ. c. 3. ic. 2. u 1014.

petroſo cavitatem, ſeu *tympanum* [v], praeruptam à meatu [w] ſeparat membrana tenuis, tenſa, ovata, oblique poſita, facta ex cute, quae obducit meatum, extenuata & perioſtio, integraque tota aërem penetrare non ſinit [x].

1016. Illam [y] tranſit chorda, ſeu nervus, ex portione dura, in aquaeductu deliteſcente, auditorii & tertii rami quinti paris ramulo factus; qui transverſus & parallelus ſub articulo mallei & incudis [z] fertur.

1017. Nec mediam ſecat membranam: ac quoque ab ea diſtat [a].

1018. In eo tympano [b], praeter exigua pro vaſis & nervis foraminula, praeter cellulas mammillares, retro hiant binae feneſtrae.

1019. Quarum [c] ovalis major [d], membranae tympani [e] parallela, in la-

v B. S Alb. ann. ac. l. 4. c. 2. t. 1. f. 2. t. 2. f. 6. Supel. anat. pars alt. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 189. *w* 1008. *x* B. S. Alb. ann. ac. l. 4 t. 1. f. 1. t. 2. f. 6. *y* 1015. Supel. anat. pars alt. 170. *z* 1023. *a* 1015. *b* 1015. *c* 1018. *d* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 5. *e* 1015.

labyrinthi veſtibulo [f] aperta, ſecluditur per baſin ſtapedis [g].

1020. Altera [h] rotunda [i], paulo inferior, verſus occiput, plano membranae tympani [k] verticalis, tenui membranâ obducta, cum ſcala inferiore cochleae [l] communicat.

1021. In eodem tympano [m] latent malleus, incus, ſtapes, lenticulus, oſſicula dura, ſerie diſpoſita [n].

1022. Quorum [o] malleus [p], longus, ad perpendiculum ſuſpenditur ad obliquitatem membranae tympani [q], eique ultra mediam partem longitudinis adhaerens, capiteque craſſo tympani [r] ſummo loculo receptus, binis tuberculis, ſinu diſtinctis, à latere excipit incudem [s]: manubrio gracili, longo, parum oblique tympani membranae [t] agglutinatur: proceſſu ſuo craſſiori ab

f 1036. *g* 1025. *h* 1018. *i* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. t. 2. f. 2. *k* 1015. *l* 1047. *m* 1015. *n* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. t. 2. f. 6. Supel. anat. pars alt. 169. 170. 173, 174. 175. *o* 1021. *p* Supel. anat. pars alt. 164. 171. *q* 1015. *r* 1015. *s* 1023. *t* 1015.

ab exteriori ſurgens per tympani membranam [u] excurrit; graciliori, à latere retro tendente, muſculum externum [v] excipit.

1023. Incus haeret in tympani [w] ſuperiori, exteriori ac poſteriori [x]. Illa in corpore ſolido, intra loculum tympani [y] detento, duos, tuberculo diſtinctos, ſinus pro mallei capite [z] habet. Ejusdem alterum crus breve, ad finitorem directum, in cavernas mammillares excurrit: alterum, normaliter intra tympanum [a] à membrana recedens, recurvatum roſtello lenticulum [b] excipit.

1024. Qui lenticulus, orbiculatus, exiguus, inter incudem [c] & ſtapedem [d] medius eſt.

1025. Stapes denique in media fere poſteriori tympani [e], finitori ferme parallelus, baſi introrſus capitulo

u 1015. v B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 31. muſc. t. 11. f. 28. w 1015. x B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. t. 2. f. 6. y 1015. z 1022. a 1015. b 1024. c 1023. d 1025. e 1015.

lo extrorſum directis, ponitur [f]. Capite ſuo, noduli depreſſi inſtar, lenticulo [g] nectitur. Cruraque bina, à capite recurvata, baſi plana & ovata uniuntur, eaque feneſtram ovalem [h] claudit.

1026. Inter ſe articulata nexu mobili haec oſſicula [i] regunt muſculi, externus mallei [k], laxator [l] & tenſor [m] tympani, atque ſtapedius [n].

1027. Qui [o] moderantur vim ſoni per membranam tympani [p].

1028. Eaque [q] poteſt, per varios gradus, tendi, laxari; dum ſimul commovetur incus [r] cum lenticulo [s], privatimque ſtapes [t].

1029. In tympanum [u] praeterea patent meatus.

1030.

f B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. t. 2. f. 6. *g* 1024. *h* 1019. Supel. anat. pars alt. 172. *i* 1021—1025. *k* Supel. anat. pars alt. 190. B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 31. muſc. t. 11. f. 28. *l* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 32. muſc. t. 11. f. 28. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 33. muſc. t. 11. f. 28. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. *n* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 34. muſc. t. 11. f. 28. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 4. Supel. anat. pars alt. 177. *o* 1026. *p* 1015. *q* 1015. *r* 1023. *s* 1024. *t* 1025. *u* 1015

1030. Quorum [v] alter tuba, ab Euſtachio inventa, ex parte tympani [w] inferiori oblique deorſum ad fauces fertur [x].

1031. Haec [y] oſſea, qua per petroſum os, cartilaginea inde, fineque membranaceo ad fauces decurrit.

1032. Aëremque haec [z] intra aurem renovat.

1033. A Falloppio nominatus ductus alter [a] oblique per tympani [b] latus poſterius ad inferiora ſemicirculatus procedit, &, deorſum flexus, foramine inter proceſſus mammillarem & ſtiliformem hiat [c].

1034. Portionem nervi acuſtici [d] duram ex aure interiori ad genam is [e] ducit.

1035. Cavum, gyris intricatum, ul-

v 1029. *w* 1015. *x* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 2. *y* 1030. *z* 1030. *a* 1029. *b* 1015. *c* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 4. t. 2. f. 2. Supel. anat. pars alt. 186. 187. 188. 189. 191. 192. *d* 1051. *e* 1033.

ultra tympanum [f] reconditum, *laby-rinthus* eſt [g].

1036. In eo [h] *veſtibulum* pone feneſtram ovalem [i], qua in tympanum [k] hiat, locatum [l].

1037. Cujus [m] unum oſtium in ſuperiorem cochleae ſcalam [n]; quinque in canales ſemicirculares [o] patent.

1038. Tres hi [p] *ſemicirculares canales* verſus occiput in petroſa parte deliteſcunt [q].

1039. Inque ovatam formam flexi [r] introrſum in tubas explicantur.

1040. Eorum [s] ſuperior, verticalis, minor, anterior, è veſtibulo [t] retro tendit, paululumque curvatus antrorſum, abſoluto dimidiato circulo, in inferiorem poſteriorem deſinit.

1041. Inferior [u], ſimiliter verticalis, ex

f 1015. *g* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 5. t. 2. f. 2. Supel. anat pars alt. 178. 179. *h* 1035. *i* 1019. *k* 1015. *l* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 3. f. 5. t. 2. f. 2. *m* 1036. *n* 1049. *o* 1038. *p* 1037. *q* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 5. t. 2. f. 2. *r* 1038. Supel. anat. pars alt. 180. 181. *s* 1038. *t* 1036. *u* 1038.

ex imo veſtibuli [v] ſurgens, ſemicirculo facto, cum ſuperiori [w] coalescit; oblique eo usque pergit, donec in medio veſtibuli [x] oſtium conficiat.

1042. Inter hos [y] medius, minimus, externus, horizontalis, poſtquam non ultra ſemicirculum deſcripſit, binis portis aperitur.

1043. Trium horum canalium [z] ſex extrema quinque oſtiis in veſtibulum [a] patent [b].

1044. Jam ad latus veſtibuli [c], canalibus [d] oppoſitum, verſus faciem, *cochlea* ſequitur.

1045. Fere transverſa hujus [e] baſis reſpicit foramen petroſum internum; apiceque paulo extrorſum, & imprimis deorſum, inclinatur [f].

1046. Modiolus ejus [g], ſeu nucleus, conicus eſt, baſi latiore cum duplici inciſura & foraminulenta [h].

1047.

v 1036. *w* 1040. *x* 1036. *y* 1040. 1041. *z* 1038. 1042. *a* 1036. *b* B. S. Alb. ann. ac l. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 5. *c* 1036. *d* 1038. *e* 1044. *f* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 5. t. 2. f. 2. Supel. anat. pars alt. 182. *g* 1045. Supel. anat. pars alt. 183. *h* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 2. f. 5.

1047. Circa quem [i] ſpira duos cum dimidio circulos conficit, & ſerpendo anguſtatur [k].

1048. Integramque percurrit ſpiram [l] lamina ſpiralis, quae, forata baſi cohaerens modiolo [m], ſenſim in oppoſitum extenuata, in membranaceum ſeptum continuatur [n].

1049. Dividit haec [o] ſpiram in duas ſcalas; quarum ſuperior in veſtibulum [p], inferior per feneſtram rotundam [q], membranâ tectam, in tynpamum [r], oſtio diſtincto patet [s].

1050. Caeterum pars oſſea laminae [t] tota tenuiſſima, inaequalis, qua ſcalam veſtibuli; qua illam tympani, lineata eſt [u].

1051. Totus labyrinthus [v] humidus nervoſam auris partem excipit.

1052. Illam [w] ſeptimum par nervorum, auditorium, facit.

1053.

i 1046. *k* B S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 5. *l* 1047. *m* 1046. *n* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 5. *o* 1047. *p* 1036. *q* 1020. *r* 1015. *s* B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 5. Supel. anat. pars alt. 184. 185. *t* 1048. *u* 1049. *v* 1035—1049. *w* 1050.

1053. Quod [x], ex medulla oblongata oriens duplici, duriori ac molliori, portione, in unam confluente, diſtinctum, foramen intrat acuſticum internum; perque cribroſam lamellam hujus in interiorem aurem penetrat [y].

1054. Inde [z] dura portio aquaeductum [a] ingreditur; à molli ſeparata, dato ramo intra tympanum ad chordam [b] tendente, exit nomine pedis anſerini, & per latus faciei excurrit.

1055. Altera [c] mollis in veſtibulum [d], canales tres ſemicirculares [e], ſcalasque cochleae [f], per innumera foramina penetrat; atque in expanſiones deſinit molliſſimas, quae mollitie ſua & tenuitate attactum, ac oculum fugiunt.

Auditio.

1056. Artificioſa haec fabrica [g] undam

x 1052. y B. S. Alb. ann. ac. l. 4. t. 1. f. 6. t. 2. f. 3. 4. 5. z 1053. a 1033. b 1016. c 1053. d 1036. e 1037. f 1049. g 1001—1055.

dam ſonoram, à corpore ſonoro percuſſo in aëre excitatam, apte pro auditu excipit, dirigitque.

1057. Namque auricula mutabilis [b] undam excipit, figurâque ſua deducit in meatum auditorium [i] tortuoſum, ut pulſet membranam tympani [k]. Quae, per varios gradus tenſa, aut laxata, commovet oſſicula [l], eorumque ope tremor tranſit in fluidum labyrinthi [m], agitatque expanſiones nervoſas [n].

1058. Qua vero in ſede anima ſonos percipiat, & quomodo unica molliſſima pulpa totis ſonis diſtinguendis ſufficiat, omnino quaeritur.

1059. Et penetrare quoque ſonum per membranam tympani, perque minorem, perque os ad intima auris, nervosque, vix dubitandum; quum identidem doceatur, penetrare per tot res alias, etiam minus penetrabiles.

1060.

b 1004. *i* 1008. *k* 1015. *l* 1021. *m* 1051. *n* 1055.

1060. Quod jam binis auribus unum ſonum homo percipiat, nec confuſum; ab eodemque ſono eodem modo afficiatur; ex eo eſſe videtur, quod anima impreſſiones non diſtinguat, quae ſunt ſimiles.

Viſus.

1061. *Viſus* late patet, ejusque organum eſt *oculus*.

Oculus.

1062. Globus eſt *oculus*, parum oblongus, ante compreſſus cum prominente convexitate.

1063. Hunc [o] membranae conſtituunt.

1064. Quarum [p] extima ſclerotica, alba, denſa, pone craſſior, ante gracileſcens, folliculum firmum facit; ea ſede, quae nervum opticum accipit, cum dura matre tota cohaerens.

1065.

[o] 1062. [p] 1053.

1065. Haec [q] continuatur in corneam pellucidam, circularem, in ſegmentum minoris ſphaerae prominentiorem, totam lamellatam, mollioris unguis aut cartilaginis haud abſimilem.

1066. Ex interiori folliculum [r] veſtit choroides tenuis, vaſculoſa, cohaerens cum ſclerotica [s], tùm telâ celluloſa, tum vaſis & nervis.

1067. Interior cujus [t] facies, retinae [u] obverſa, fuſca, pigmento nigro obducitur.

1068. Circaque corneam craſſior haec [v] orbiculo ciliari firmatur.

1069. Ex quo [w] ligamenta ciliaria, minime muſculoſa, dimittuntur [x].

1070. Ex choroidis cum ſclerotica nexu excurrit uvea tenuior; libera tota, neque oppreſſà vaſis majoribus, fluitat.

1071.

q 1064. r 1065. Supel. anat. pars pr. 178. 179. 181. 182. 183. 187. s 1064. t 1066. u 1080. v 1066. w 1068. x B. S. Alb. ann. ac. l. 7. c. 4.

1071. Pars hujus [y] exterior, per corneam conſpicua, eleganter colorata, iris eſt.

1072. Faciesque ejus [z] poſterior, pigmento nigro obducta, pellucens ſe colori iridis [a] commiſcet.

1073. Medio perforata uvea [b] foramen rotundum relinquit, quod eſt pupilla, quae in alteram directa.

1074. In foetu ad ſeptimum menſem pupilla membranâ tenuiſſima clauditur [c].

1075. Quae pupilla [d] motu contrahit ſe, quum lux major, quum cernenda propiora; dilatatque promptisſime ad debiliorem & remotiora; nullo hominis indigens imperio, nulli obſequens.

1076. Neque fibrae muſculares huc usque in uvea [e] detectae, quae aperiant atque claudant.

1077.

y 1070. Supel. anat. pars pr. 185. 186. 175. z 1070. Supel. anat. pars pr. 177. a 1071. b 1070. c B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 8. l. 5. c. 12. Supel. anat. pars pr. 176. d 1073. e 1070.

1077. Neque valet homo, ſi muſculoſae ſint fibrae, quae undarum inſtar per uveam decurrunt, eas moderari, conſtringere, relaxare, pro lubitu.

1078. Quare mobilitas pupillae [f] ex luce afficiente, vel à ſenſilitate retinae [g] deducitur.

1079. Saltem aliud quid, praeter voluntatem, requiritur [h].

1080. Medulla denique optici nervi, intra globum oculi penetrans, mollis, pellucida, ex flavo ſubcinericia, undique expanditur circa choroidem [i]; libera tota partem globi majorem amplectitur ad principium ciliarium ligamentorum [k], quibus adhaeret, vicinaeque vitreae membranae [l], & cryſtallino humori [m].

1081. Retina haec [n] in membranam tenuem interiorem, continentem

f 1075. g 1081. h 1078. i 1066. k 1069. l 1086. m 1088. n 1080. Supel. anat. pars pr. 180. 188.

tem vaſa; exteriorem, medullarem, tenerrimam, ſenſilem, diſtingui poteſt [o].

1082. Intra oculi globum [p] humores reconduntur.

1083. Vitreus expanſam retinam [q] aequabiliter ſuſtinet, aquâ ponderoſior, denſior, viſcoſus.

1084. Extus hunc [r] membrana continet vitrea, pellucidiſſima, à priori diviſa, duplex.

1085. Quarum [s] anterior, ad planitiem cryſtallinae lentis [t] pertingens, ejus capſulae [u] adhaeret; poſterior pone lentem excurrit.

1086. Inter has duas [v] flatus efficit canalem per ambitum.

1087. Intus membrana vitrea [w] videtur in humoris vitrei [x] circularis caveam penetrare, eamque in innumerabiles cellulas dividere, quibus, ſepimentis di-

o B. S. Alb. an. ac. l. 3. c. 14. l. 4. c. 14. l. 5. c. 1. p 1062. q 1080. 1081. r 1083. s 1084. t 1088. 1089. u 1090. v 1084. w 1084. x 1083.

diſtinctis, recipitur aqua: dum vaſa per membranas diſperguntur.

1088. Mox ante vitreum [y], lenti ſimilis, cryſtallinus, multo quam vitreus minor, naturae limpidae.

1089. Utrimque convexa lens [z] eſt, & pene globoſa, denſior quam aqua.

1090. Tota [a] membranâ continetur propria, pellucente, intra quam nucleus ſolidior, qui laminoſus, ſi coaguletur ſpiritu; caeterum fabricam ſibi propriam habet.

1091. Recipitur in vitrei foveam, quam circulus [b] replet.

1092. Vaſculaque recipit ex vaſis retinae [c], penetrante trunco vitreum [d].

1093. Reliquum ſpatium inter corneam [e] & lentem cryſtallinam [f] opplet aqueus.

1094. Hic [g], aquae limpidiſſimae ſimilis,

y 1083. Supel. anat. pars pr. 189. 190. 191. 192.
z 1088. *a* 1089. *b* 1085. *c* 1081. B. S. Alb. ann. ac. l. 1. c. 7. l. 7. c. 19. *e* 1065. *f* 1088.
g 1093.

milis, continuo renovatur; forſan, ut alii humores, ex arteriis.

1095. Quum autem celeriter regeneretur [b], neceſſe eſt, vel in venas aſſumi, vel ex cornea exhalare.

1096. Ad globum quoque pertinent nervi.

1097. Opticus ſic adnectitur, ut recte accedat.

1098. Vagina optici non eſt meminx craſſa; ſed juxta globum deſerit nervum, complectitur globum, adjuncta ad ſcleroticam [i].

1099. Relictus nervus anguſtato extremo penetrat in craſſitudinem ſcleroticès, lacunam ibi habentis reſpondentem.

1100. Per cujus [k] fundum, cribro ſimilem, ramis minutis intrat.

1101. Intrant [l] ſimul vena & arteria per centri foramen majus.

1102. Pars illa cribriformis [m] nuda intus eſt à choroide, quae ab eminen-

b 1094. i 1064. k 1099. l 1100. m 1100.

nentiore circum circa ſclerotide oritur.

1103. Quo [n] ſit, ut optici rami, poſtquam penetrarunt, non impediente choroide, confluere in medullarem retinae partem [o] poſſint; indeque pars illa expandi circum circa vitreum [p].

1104. Fit quoque, ut arteria venaque, quum penetrarunt, à centro in circumferentiam diffundere ſe in ramos per interiora retinae libere poſſint.

1105. Ipſe nervus ſic globo inſeritur, ut, ad rationem corneae, distantia inter eam nervique inſertionem à parte naſi minor ſit, quam ab oppoſita.

1106. Ortus ex thalamis uterque nervus opticus, in ſella turcica dexter accedit ad ſiniſtrum, cohaerentque, ſive unice ſe contingant, ſive in decuſſim ferantur, ſive miſceantur [q].

1107.

n 1102. o 1081. p 1083. q B. S. Alb. ann. ac. l. 7. c. 7.

1107. Praeter viſorium nervum [r] ad globum accedunt tertium, quartum, ſextum paria nervorum, cum ramo primo quinti paris.

1108. Qui [s] ad muſculos, interioraque ſe diſtribuunt.

1109. Sedent oculi in orbitis [t].

1110. Quae [u] bina ſunt perforata pro oculis in priori faciei ſub fronte conſpicua, conis recumbentibus ſimilia, baſibus foras patulis ac diductis, apicibus introrſum adductis, ab oſſibus capitis formata.

1111. Inque duos angulos, internum, ad radicem naſi, majorem; exteriorem, minorem, verſus genam, terminantur [v].

1112. In his [w], ab opticis [x] penduli, intra celluloſam telam, lubricam, pingue continentem, tuto jacent oculi, quaquavorſum mobiles.

1113.

r 1097. s 1107. Supel. anat. pars pr. 184. pars alt. 193. t B. S. Alb. de ſcel. c. 36. oſſ. t. 1. u 1109. v 1110. w 1109. 1110. x 1097.

1113. Ante, qua prominent nudi [y], continua à palpebris membranâ tenui veſtiuntur.

1114. Quae adnata [z], vel conjunctiva, ita nectit, ut mobilitas permittatur, nec corneam impedit; quippe ad eam ſtricte adnexa vertitur in naturam ejus.

1115. Globus verſatilis vertitur facillime à muſculis; atollente [a], depreſſore [b], adductore [c], abductore [d] rectis; obliquis, ſuperiore [e], inferiore [f].

1116. Extima munimenta ſunt palpebrae, eaeque neceſſariae [g].

1117. Quibus [h] deſtituti oculi & unicuique injuriae paterent; & ſomnus obrepere difficulter poſſet.

1118. A ſuperciliis deſcendens ante

y 1112. z 1113. Supel. anat. pars pr. 193. a B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 24. muſc. t. 3. 4. b B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 24. muſc. t. 3. 4. c B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 24. muſc. t. 3. 4. d B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 24. muſc. t. 3. 4. e B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 23. muſc. t. 3. 4. f B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 25. muſc. t. 3. 4. g Supel. anat. pars pr. 194. 195. 196. 197. h 1116.

te oculum cutis, & paulo infra aequatorem oculi producta, contra ſe ipſam reflexa, tenerior, ad marginem orbitae adſcendit, inde demum reflexa continuatur in adnatam [i].

Haec palpebra ſuperior eſt.

1119. Inferior autem palpebra ab inferiore orbitae margine ſurgit paullo minus quam ad medium pupulae aequatorem, reflexaque deſcendens in eandem adnatam terminatur.

1120. Superior [k] cum inferiore [l] in utroque orbitae angulo [m] conjungitur.

1121. Pars palpebrae [n] ſtabilior, cartilaginea, quae ex iis formam habet, tarſus eſt.

1122. Utiliſſime palpebrae, qua parte tarſum [o] habent, admotae ad globum, orâ maxime, ſic, ut & facile prompteque ſine noxa mobiles ſint, quum aut ſuper globum movendae

i 1114. k 1118. l 1119. m 1111. n 1118. 1119. Supel. anat. pars pr. 1118. o 1124.

dae palpebrae ſunt, aut globus ad eas vertendus.

1123. Tarſus [p] in tenue deſinit, aptans ſe ad aequabilitatem.

1124. Sed ad oram palpebrae craſſior tarſus [q] eſt, redditque oram, qua parte altera cum altera convenit, latiorem; ex quo conveniunt inter ſe aptius.

1125. Extrinſecus mox juxta oram palpebrarum poſita cilia.

1126. Superiores pili [r] denſiores ſunt & longiores; longioresque pili medii; inde in utrumque latus breviores.

1127 Toti [s] reflexi, in ſuperiori curvati ſurſum, in inferiori deorſum [t].

1128. Ora acuta cujusque palpebrae ſubtiliter inungitur ſmegmate; quo & ad motum promtior ſit, & ab attritione non laedatur.

1129.

p 1122. q 1122. r 1125. s 1126. t B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 7.

1129. Emittunt illud[u] oſcula minuta, continua, brevibus intervallis, per longitudinem orae poſita.

1130. Oſcula haec[v] ſunt exiguarum glandularum, quas Meibomius detexit.

1131. Mox caruncula lachrymalis eminet in cantho majore[w], intra palpebrarum oras.

1132. Et[x] veluti agger eſſe videtur, qui humorem lachrymoſum, per motum palpebrarum continuo pulſum, ſiſtat, ultraque profluere prohibeat.

1133. Ad eam[y], adque pilos ejus, quibus ſubtiliter hirſuta eſt, adhaerent viſcoſiora.

1134. Juxta carunculam[z] globo ſuperinducta veluti palpebra tertia.

1135. Haec[a], duplicis cutis pallida, lunata plica, de angulo majore[b] emergens, cornubus ſuperius & inferius

u 1128. v 1129. w 1111. x 1131. Supel. anat. pars pr. 199. y 1132. z 1131. a 1134. b 1111.

rius poſitis, cava parte media, extrorſum reſpiciente, mobili, exigua.

1136. Palpebrae [c] nutatione claudunt oculos, lucemque excludunt: eaedemque aperiunt, admittuntque lumen, per gradus varios.

1137. Multo autem anguſtior ſuperiore [d] inferior [e] palpebra quum ſit, eademque ſtabilis; mobilis ſuperior, actaque inferiorem verſus per orbicularem [f] globo obducitur, ab eaque retracta à levatore [g] aperit.

1138. Integrumque oculum claudit, ambitumque contrahit orbicularis [h].

1139. Supercilia jam colliculi ſunt tumidi; pilis, ad tempora inclinatis, hirti, ſub fronte poſiti, naſo diſtincti.

1140. Corrugantur haec [i] per corrugatores [k]; eoque ſurgunt, ac pili erigun-

c 1118. 1119. *d* 1118. *e* 1119. *f* B. S. Alb. hiſt. muſc. lib. 3. c. 5. muſc. t. 1. *g* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 22. muſc. t. 4. *h* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 5. muſc. t. 1. *i* 1139. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 6. muſc. t. 2.

guntur, umbraque ſit major, quae lumen temperat.

1141. Quum autem lux major requiritur, removentur haec [l], attolluntur-que, & complanantur per frontales [m].

1142. Oculus continue humectatur per perſpirans inſenſibile [n]; magisque lachrymae [o] humectant.

1143. Quas [p] aquoſas, ſalſas glandula lachrymalis, in ſuperiori exterioris anguli regione intra orbitam in ſingulari fovea poſita, ductibus interiorem palpebrae tunicam non longe à ciliis pertundentibus, continuo fundit [q].

1144. Sic autem ſubtiliter humectant lachrymae [r], ut non abundent; neque oculus appareat lachrymoſus, officiatque viſioni.

1145. Via namque eſt, per quam deducantur lachrymae [s] in proximum naſum.

l 1140. *m* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 1. muſc. t. 1. *n* 770. *o* 634. *p* 1142. *q* B. S. Alb. de ſcel. c. 23. oſſ. t. 5. ic. 1. *r* 1143. *s* 1143.

1146. In ſummis ſcilicet angulis palpebrarum [t], verſus naſum, in levi colliculo poſita puncta lachrymalia ſunt.

1147. A quibus [u] per oras palpebrarum incedunt ductus lachrymales in ſaccos lachrymales, iique in canales, in nares ſub oſſibus ſpongioſis patulos, pergunt [v].

1148. Videturque attractio quaedam obtinere in reſorptione lachrymarum.

Viſio.

1149. *Viſio* jam fit, quando radii lucis, ex corpore radiante nati, per pellucidam, gibbamque corneam [w], & humorem aqueum [x] collecti, magisque per gibbum cryſtallinum [y], moderante pupilla [z] lucem; atque demum, per vitreum [a] ſinuatum, minusque denſum diſperſi, in medullari reti-

t 1118. 1119. u 1146. v B. S. Alb. de ſcel. c. 46. oſſ. t. 1. ic. 3. t. 4. ic. 2. 3. 8. 11. tab. 5. ic. 8. Supel. anat. pars pr. 200. w 1065. x 1093. y 1088. z 1075. a 1083.

tina[b] imaginem objecti pingunt; qua affecta mens vidit.

1150. Recteque cernuntur objecti magnitudo, figura, diſtantia, ſitus, motus, quies, lumen, color.

1151. At in quoque oculo diſtincta pingitur imago [c]: attamen binis oculis unicam homines intuentur.

1152. Cujus phaenomeni [d] cauſam fruſtra quaerunt, vel in conſuetudine, vel in interſectione axium utriusque oculi, vel in ſenſationis ſimilitudine, vel in unione nervorum opticorum [e].

1153. Quin radii ſic ad retinam perveniunt, ut imagunculam pingant inverſam [f], quum corpus videatur rectum.

1154. Neque hoc [g] emendat homo.

1155. Cernit praeterea homo, tum, quae proxima ſunt; tum, quae diſtant magis, magisque, diſtantiſſima denique.

1156.

b 1081. c 1149. d 1151. e 1006. f 1149.
g 1153.

1156. Mutabili illi [h] diſtantiae oculi ſe aptant.

1157. Vixque probabile; ad illud [i] comprimi globum per muſculos [k], reddique corneam [l] magis gibbam; vel figuram ſuam, aut ſedem mutare lentem [m].

Senſus interni.

1158. Per ſenſus externos, eorumque inſtrumenta [n], medulla nervea, diverſimode affecta, cerebrum afficit, mensque afficitur, ex eoque *ſenſus interni* ſurgunt.

Perceptio.

1159. Ex vario organo commota medulla excitatas ideas mens *percipit*; diuque in iis occupata, attenta dicitur.

Ju-

h 1155. *i* 1156. *k* 1115. *l* 1065. *m* 1088.
n 902--1157.

Judicium.

1160. Plures inter ſe comparat anima ideas, ut ſimilia, aut diſſimilia *judicet*.

Ingenium.

1161. Unit plures ideas *ingenium*.

Fatuitas.

1162. In *fatuitate* perturbata perceptio, nec ideas recte diſtinguit, nec judicat.

1163. In tali [o] debilia, minus ſenſilia ſenſus organa.

1164. Penderet hoc [p] multum à mutata capitis forma, mutata conſistentia encephali [q], eoque laeſo.

Memoria.

1165. Impreſſam ſemel vivide ideam mens figit, *memoria* retinet tam firmiter, ut, abſente objecto, eam ſibi repraeſentare poſſit.

1166.

o 1162. p 1163. q 807.

1166. Videtur memoria ſequi naturam corpoream cerebri, & pariter creſcere, ſibi conſtare, & minui.

Oblivio.

1167. Quando ideae excitatae delentur omnes, nec novae retineantur, ſed aeque cito, ac acceſſerint, evaneſcunt, *oblivio* eſt.

1168. Multum haec [r] pendet à cerebro.

Imaginatio.

1169. *Imaginatione* objectum abſens tanquam praeſens ſiſtitur.

1170. Poteſtque haec [s] tam vivide ſenſationem repraeſentare, ut à corporis impreſſione diſtingui nequeat.

Dolor.

1171. Senſatio, quam mens abeſſe velit, *dolor* eſt.

1172. Pendet haec [t] à corpore, cujus fidelis cuſtos, de cauſa deſtruente monens.

Vo-

r 1167. s 1169. t 1171.

Voluptas.

1173. *Voluptas* eſt illa corporis conditio, quam durare cupit homo.

1174. Neque facile dictu, quid in nervo voluptatem [u] creat.

Affectus.

1175 Ideae boni & mali, cujus acquiſitionem & conſervationem, averſionem & abolitionem homo cupit, excitant in mente motus, qui *affectus* vocantur.

1176. Atque animadvertitur, ad omnes paſſiones certas quasdam in ſolidis ac fluidis fieri mutationes.

1177. Eaedem [v], per amorem, odium, laetitiam, triſtitiam, moerorem, noſtalgiam, cupiditatem, pudorem, miſericordiam, metum, iram, variant.

1178. Quomodo jam, & per quae organa, affectus [w] has mutationes [x] effi-

u 1173. v 1176. w 1175. x 1176.

efficiant, res adeo facile dictu non eſt.

1179. Per nervos exerceri [y] videntur, qui animae ſerviunt.

1180. Potiſſimum autem in corde affectus [z] operantur.

1181. Quin affectus [a] indicium ſui in exteriore parte praebent.

1182. Aliusque vultus in amore, laetitia & riſu, fletu & triſtitia, ira & odio, terroreque.

1183. Unde [b] profluere phyſionomiae diſtinctio videtur.

Motio.

1184. Membra, integrumque corpus *motio* agitat.

1185. Hujus [c] inſtrumentum eſt *muſculus.*

Muſculus.

1186. Naturalis muſculo, tum quies eſt, tum actio.

1187.

y 1178. z 1175. a 1175. b 1182. c 1184.

1187. Quum commodior quies ſit, quieſcit muſculus per ſe; nec agit, niſi adhibeatur.

1188. Et quum adhibetur [d], ceſſante eo, quod adhibet, ceſſat & ipſe, reditque ad quietem ipſe per ſe.

1189. Jam voluntarii appellari muſculi poſſunt, quod, volente homine membra regere, protinus occurrunt, qui regant.

1190. Impelluntur hi [e] à voluntate libera, cauſisque aliis, quae vel ipſos moleſte afficiunt, vel partes alias.

1191. Aliique poſſent dici automatici, qui, inſcia mente, agunt, vel perpetuo, vel temporibus certis.

1192. Illi ſunt [f], qui dies & noctes, homine de iis ne cogitante, imo reluctante, fiunt.

1193. Propriae muſculi fibrae ſunt, quae vocantur muſculares: caetera communia; uti celluloſa, vaſa, nervi [g].

1194.

d 1187. e 1189. f 1191. g B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 1. c. 2, 3. Supel. anat. pars pr. 61. pars alt. 40. 41.

1194. Fibris muſculi ſimilitudo nulla eſt cum nervis, ut, fibram nervum eſſe expanſum, credi poſſet.

1195. Tendo quoque fibris conſtat, in univerſum ſimilibus carneis, multo tamen tenuioribus, durioribus, compactioribus, firmioribus, ſplendore proprio conſpicuis [b].

1196. Neque hae [i] reſpondent veſiculae nerveae, quae concreverit; ut ex ea tendineam fibram eſſe credatur.

1197. Tendo autem videtur ſeu chorda iners, quae trahitur per carnem.

1198. Conjunctae inter ſe fibrae in faſciculos, conjuncti faſciculi minores in majores, conjuncti majores; ut ex omnibus unus ſit [k].

1199. Conjuncti muſculi inter ſe, & cum partibus proximis, ut veluti unum ſit.

b B. S Alb. ann. ac. l. 4. c. 7. Supel. anat. pars pr. 62. 63. pars alt. 42. 43. *i* 1195. *k* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 1. c. 5. 8.

1200. Quod conjungit [l], membrana eſt, quae vocatur celluloſa, ex omni parte enaſcens, continuaque.

1201. Ea [m] ſubtilior & laxa, plenaque humore lubrico, aut pingui; inter fila tendinis parcior & ſtrictior, inter fila carnea parca & ſubtilis; inter faſciculos minores copioſior & craſſior; inter muſculos, interque eos & partes proximas, multa, craſſaque.

1202. Atque haec, quae dicta ſunt [n], ad fibras quoque motrices alias generaliter pertinent; quae aut intertextae partibus ſunt, aut in membranas compoſitae.

1203. Oſſa jam, quibus inhaerent muſculi, ſe habent ut vectes, qui moveantur à muſculis, tanquam funibus [o].

1204. Si muſculus oſſi, quod movere debet, incederet parallelus, reſiſtentia foret infinita; ſi ad angulum rec-

l 1190. *m* 1200. *n* 1193--1201. *o* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 1. c. 4. 9.

rectum, vim ſuam utiliter exſereret.

1205. Hujus generis [p] rari ſunt; priores nulli [q].

1206. Plurimi ſe dimittunt ad angulos parvos, recto multo minores.

1207. Ut vero anguli hi [r] augeantur, muſculi aliquantum protuberantiâ articulorum, extantibus tuberculis oſſium, oſſiculis ſubjectis mobilibus, juvantur.

1208. Juvant quoque muſculos burſae, ſubjectae iis, maximeque tendinibus eorum.

1209. Plerique muſculi alios habent antagoniſtas.

1210. Hi [s] aequales inter ſe non ſunt, verum praevalent fortiores.

1211. Datique homini muſculi ſunt, qui reſpondent vi efficiendae.

1212. Aliorum muſculorum directio mutatur, ut non trahant eum locum verſus, unde oriuntur, ſed eum, à quo directio mutatur.

p 1204. q 1204. r 1206. s 1209.

1213. Alii retinentur ligamentis, ceu vaginis, ne facile loco ſuo moveantur, & extenti recedant.

1214. Ubi multi, craſſique compoſiti, vagina tendinea coërcet; additque vagina robur.

1215. Dati ſingulis partibus ſunt muſculi ad uſus neceſſarios: eoque plerisque plures.

1216. Iique [t] ad partes illas pertinent, quas communiter movent; quamvis etiam, obfirmatis iis, moveant illas, unde oriuntur.

1217. Quin etiam connituntur alii, vel ob vicinitatem, vel ob robur addendum, quamvis ad partem, quae movetur, non pertineant.

1218. Muſculus, dum quieſcit, mollis eſt, aequabilisque, ac laxus.

1219. Quum agit muſculus, movet ſeſe, dureſcit, intumeſcit, fit inaequabilis, tenditurque, ac redditur brevior.

1220.

t 1215.

1220. Quum agit maxime muſculus, quieſcit in ſpeciem, durus, tumens, inaequabilis, tenſus, adductus.

1221. Contrahere ſe dicitur muſculus, dum agit [u]: quum ceſſat, remittere [v], laxare.

1222. Difficile eſt obſervare, utrum muſculus agens fiat major, vel minor: vel quanto brevior, tanto craſſior, manente magnitudine eadem: quoniam alio, alioque modo impediunt partes vicinae.

1223. Certe rubet muſculus ex ſanguine, quem vaſa continent; eoque eloto redditur pallidior, rubens tamen.

1224. Neque muſculus contractus ſemper pallet.

1225. Quum agit muſculus, reddit ſe breviorem, partesque, quibus affixus, attrahit alteram ad alteram; magisque adducitur, quae mobilior.

1226.

u 1219. v 1218.

1226. Non contrahit ſe muſculus contractione ſpontanea, qua diſſectus ſe retrahit in vivo, in mortuo: ſed contractio major eſt, fortior, aliaque.

1227. Quae cauſa muſculum agere efficiat, diſputatur.

1228. Nec crispatio, nec ebullitio, nec attractio, nec inflatio, nec tractus, nec elaſticitas, nec frigus, rem [w] explicat.

1229. Propius accedunt [x], qui vim actuoſam ponunt.

1230. Quae [y] in fibris ineſſe videtur ipſis.

1231. Eſſeque [z] actuoſum illud, cujus per totum corpus vis, atque poteſtas eſt [a].

1232. Eam [b] fibris uti, ut inſtrumentis idoneis.

1233. Per eam [c] fibras turgeſcere, breviores reddi, tendi.

1234.

w 1227. x 1227. y 1229. z 1229. a 38. ſeqq. b 1229. c 1229.

1234. Quae [d] quum pondus non habeat, pondus fibrarum non augeri.

1235. Muſculi abſolvunt *motum progreſſivum: humorum fluxum* promovent: *robur* corpori conciliant.

Motus progeſſivus.

1236. Corpus vivum pro arbitrio ſedem mutat.

1237. Quippe corpus, membraque muſculi vel tenent, vel movent, ut res poſcit, inexplicabili ferme modo.

Statio.

1238. Homo cum conſtantia ſtat, ſi linea verticalis per centrum gravitatis corporis transeat, cadatque, vel in ſpatium, plantis interceptum, vel in plantam ipſam.

1239. Laborioſum hoc [e].

1240. Etſi enim ad oculum vix appareat muſculorum motus; omnes tamen partes agunt, ut artus flexiles con-

[d] 1229. [e] 1238.

contineant, quo minima vacillatione corpus ruere faciunt.

1241. Fatigat *ſtatio:* minus tamen uno crure, quam binis.

Seſſio.

1242. Ut ſtans ſe in ſedili collocet, flectit crura atque foemora, dimittitque truncum, donec clunes attingant ſellam, easque ſuſtineat.

Cubatus.

1243. Decubitus eſt, vel ſupinus, vel in latus.

1244. In ſupino [f] ſuper dorſo homo quiete decumbit, absque ulla actione muſculorum.

1245. In eodem [g] muſculi vix agunt; niſi ob compreſſas pondere partes de tempore in tempus convolvendo mutare cogatur ſitum.

Con-

f 1243. g 1243.

Conſurrectio.

1246. Sedens [b], ut ſurgat, retrahit crura, truncum ſuper coxas antrorſum inclinat; dein, firmatis ad ſolum pedibus, contractis extenſoribus artuum inferiorum, corpus erigit.

1247. Sic [i] quoque ſupinus [k] ſurgit.

1248. In latere jacens, vel convolvit ſe in dorſum, & recta erigitur; vel in pronum, quando brachiis erigit truncum, femora attrahit ad ventrem, ut innitatur genubus, ſenſimque pedes ita flectit, ut plantis inſiiſtat, & erigendo ſurgat [l].

Greſſus.

1249. Incedere homo nequit, niſi alternis pedibus inſiſtat; atque lineam propenſionis, modo ſupra unam, modo alteram plantam, eamque promotam, transferat.

1250. Fit ambulatio itaque, altero crure ad terram firmato, altero translato.

Cur-

b 1242. *i* 1246. *k* 1244. *l* 1243. 1246.

Curſus.

1251. Ambulans [m] accelerando gradus ſenſim *currit*.

Saltus.

1252. In *ſaltu* corpus flexum ſumma vi in totum extenditur, & à terra reſiſtente repellitur: iterumque decidens erigitur; vel, dum erigitur, antrorſum projicitur, ſicque promovetur.

Humorum fluxus.

1253. Motus muſculorum promovet praeterea ſanguinis circuitum. [n]

1254. Eoque [o] ſecretio [p], atque excretio [q] augentur.

Robur.

1255. Exercitium corporis etiam robuſtos reddit, firmat fibras, compingit. Probant operae, & ſedentarii.

Exer-

m 1250. n 212. o 1253. p 616. q 717.

Exercitatio ſenſationis & motionis.

1256. Nullus poteſt ſenſatione ac motione continuata ſerie frui; ſed interrumpere neceſſe.

1257. Itaque [r] alterna viciſſitudine *vigilat* homo, & *dormit.*

Vigiliae.

1258. *Vigiles* ad munia vitae obeunda apti.

1259. Ad haec [s] requiritur integritas mentis, naturaeque actuoſae, & corporis, quod ab ea pellitur, quodque pellit eandem.

1260. Qui ſtatus [t] non multum ſupra dimidiam vitae partem durat.

1261. Neque absque refectione conſiſtere diu hic ſtatus [u] poteſt.

Somnus.

1262. Vigilantem [v], ſenſim deſatigatum, *ſomnus* obrepit.

r 1256. s 1258. t 1259. u 1260. v 1258.

1263. Neque ſomnus nuda quies eſt.

1264. Quieſcit quidem in hoc [w] functio animalis; at naturalis redditur plenior.

1265. Somnus nocturnus naturaliter videtur melior, quam diurnus.

1266. Ad ſomnum diſponunt defatigatio, quies, aſſumta, aër.

1267. Somnus bonus, juſtus, nutrit, reficit, ſuſtentat corpus, animumque.

1268. Parcus ſomnus extenuat, debilitat.

1269. Nimius ſomnus, nimiumque longus, caput gravat, mentem obtundit, ſenſus hebetat, reddit corpus membraque ad movendum inertia.

1270. Poſcit natura ſomnum nocturnum, fere quanta ſit tertia pars diei.

1271. Aliis longiore [x] opus eſt ſomno; aliis ſufficit brevior.

[w] 1262. [x] 1270.

1272. Valetque hic [y] conſuetudo.

1273. Quo plus dormitur, eo plus dormiendum eſt.

1274. Per contraria iis [z], quae ſomnum adducunt, expergeſiunt homines.

1275. Per ea [a] mens dormiens excitatur.

1276. Turbatur ſomnus per inſomnia, motusque membrorum, quum nimirum non plene ſopiti ſunt.

1277. Quum ſatis homines dormiverunt, expergiſcunt ſponte naturâ, quum ſatisfactum eſt.

1278. Expergeſiunt autem per moleſtiam mejendi, dejiciendique, preſſi recumbentis corporis; perque impedimenta alia, quae accidunt.

1279. Expergefactis oſcitatio, pandiculatio.

1280. Nec ſtatim habiles, promtique ſunt: brevi autem ſiunt, extinctis relliquiis.

y 1271. z 1266. a 1274.

1281. Et ſi pauciſſimo tempore plenus uſus rationis ac muſculorum, voluntati obſequentium, redit; vigilia [b] adeſt.

b 1258.

FUNCTIO GENITALIS.

1282. Speciem propagat *genitalis functio.*

1283. Alioquin [c] unius aetatis futurum genus.

1284. Nec ſolum ex ſeſe procreat homo; at diverſus requiritur ſexus.

1285. Utriusque [d] maturitate opus, ut poſſit procreare.

1286. Maturitatis [e] ſigna praebent; naſcens pubes, vox gravior; in viro, barbae proventus, atque boni ſeminis; in foemina, mammarum protuberantia & menſtruatio; in utroque, igniculi venerei, naſcensque alterius in alterum amor.

1287. Quaecunque à mare & foemina proveniunt, dum utrique generandi poteſtas ineſt, mixta ex utroque faciunt genituram, ſeu foetum.

1288. Non per integram vitam uterque ſexus ad venerem ſufficit.

Foe-

c 1282. d 1284. e 1285.

Foecunditas maris.

1289. Sufficit mas [f], quamdiu ſemen prolificum ſecernit.

1290. Semen eſt humor viſcoſus, indolis peculiaris, atque odoris; dum excernitur, albus.

1291. In illo [g] reperiuntur vermiculi, capite rotundo, caudâ exigua, alterne flexa, gracileſcente, millies capillo minores.

1292. A ſanguine ſecerni ſemen; veroſimile.

1293. Inque teſtibus illud [h] fit.

Teſtes.

1294. Penduli extra corpus *teſtes*, pro veneris incitamento, duo ſunt in homine.

1295. Saccus, cute factus tenui, rugoſus, pilis conſperſus, laxus, cedens, binos teſtes continet, ſub pene pendulus; per medium in duos ſaccos ovales diviſus.

1296.

f 1288. g 1289. 1290. h 1292.

1296. Sub illo ſcroto [i] peculiare involucrum, cuique teſti proprium, celluloſum, denſum, cuti adhaerens, ſenſim in celluloſam telam laxatum, quaſi ſpumoſum, cum ſimili in pene & inguine continuatum.

1297. Binae hae, ſibi contiguae, dartos [k] in media longitudine ſeptum formant exſiccatione; dum in recenti nullum, praeter contiguos parietes.

1298. Denſa ſub darto [l] tunica vaginalis, à propagine peritonaei pronata, teſtem ita continet, ut ipſe intra eam ſurgat, eaque tectus ab interiore, ab exteriore liber.

1299. Propria teſtis membrana, ejus ſubſtantiae innata, dura, pulpam includit albuginea tunica.

1300. Ad teſtem accedunt vaſa ſpermatica.

1301. Arteria, acuto angulo, ab aorta nata, ſecundum eam deſcendit,

i 1295. k 1296. Supel. anat. pars alt. 194. 195. 196. 197. l 1296.

dit, adque teſtem pervenit.

1302. Neque tota [m] ad teſtem deſcendit, ſed in itinere ramos emittit ad partes vicinas.

1303. Similiter vena, in dextro à deſcendente cava, in ſiniſtro ab emulgente, progenita, concomitatur arteriam [n].

1304. Ubi arteriam ſpermaticam vena comitatur [o], transverſis aliquot ramis eas conjungi, & uniri in corpus pampiniforme vel varicoſum, minus recte ſtatuitur [p].

1305. In teſte pulpa eſt, & epididymis.

1306. Pulpa recens, mollis, in lobulos diviſa, alba, celluloſa intercepta eſt.

1307. Haec [q] macerata in intorta, ſerpentina fila, tenera, celluloſa juncta, evolvitur.

1308. Impleta vena [r], detracta albu-

m 1301. *n* 1301. *o* 1303. *p* B. S. Alb. ann. ac. lib. 2. c. 12. *q* 1306. *r* 1303.

buginea [s], vaſa multa occurrunt, quae penetrant per eam, pulpae ſe portionibus, in quas diſtincta eſt, interſerunt, perque eas in ramos ſubtiles ſpargunt.

1309. Oram poſteriorem exteriorem teſtis tegit epididymis, eique celluloſa, & vaſculis, atque vaginalis tunicae ope adhaeret [t].

1310. Qua ſede epididymis teſti adaptatur, ea eſt linea alba, à capite epididymidis inferiori extenſa ad initium adhaeſionis inferioris.

1311. Haec [u] corpus Higmori dicta.

1312. Ipſa epididymis [v], per ductum deferentem repleta, abit in vas unicum, infinitis gyris in ſe ipſum replicatum, plicis celluloſo nexu collectis, in quo vaſa rubra conſpicua.

1313. Illud [w] vas deferens eſt [x].

1314. Quod vas deferens [y] incipit ab

[s] 1299. Supel. anat. pars pr. 203. 204. 205. 206. 207. [t] Supel. anat. pars alt. 198. [u] 1310. [v] 1309. [w] 1312. [x] B. S. Alb. ann. ac. l. 2. c. 6. [y] 1313.

ab ima epididymide, adſcendit ei contrarium, per funem perque fiſſuram obliqui externi abdominis [z] pergit, trans pſoam deſcendens in pelvim pone veſicam urinariam ad veſiculam ſeminalem deſinit.

1315. Pendulum teſtem totum funis ſpermaticus ſuſtinet.

1316. Funis hic [a], ſeu faſciculus, ex vaſis ſpermaticis, nervis, celluloſaque factus, ſub imo rene deſcendit ante pſoam [b], trans ureterem & vaſa iliaca, extrorſum ad fiſſuram obliqui externi abdominis.

1317. Accipitque ibi [c] è ſcroto ſurgens vas deferens [d], cum quo ex fisſura elabitur, ſupraque pubem pergit ad teſtem [e].

1318. Sanguinem defert arteria ſpermatica [f], ſenſim minor, ramoſa; nullo alio praeſente vaſe in vaſa ſerpen-

z B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 75. muſc. t. 1.
a 1315. b B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 84. muſc. t. 4. c 1316. d 1313. e 1294. f 1301.

pentina deponit; ut in teſte ſemen ſecernatur.

1319. Promoveri ſecretum ſemen, tum in pulpa teſtis [g], tum in epididymide inque principio vaſis deferentis [h], ac vi propellente parva; tum res ipſa docet, tum via, quae emetienda eſt, quippe perlonga.

1320. Auget vim, & ſecretionem ſeminis [i] accelerat deſiderium.

1321. Semen, in vaſculis ſerpentinis teſtis paratum [k], in epididymidem & vas deferens delatum [l], à ſucceſſione novi ſeminis propulſum, conſtrictione cremaſteris [m] urgente, ſurſum defertur.

1322. Vas deferens [n] ad poſtremum ſe conjungit cum veſicula ſeminali, & quidem ante conjunctionem ſe ſenſim coarctat, inque ipſa conjunctione confluit in unum, nullo angulo facto.

Ve-

g 1306. h 1309. 1312. 1313. i 1319. k 1307. l 1309. 1312. 1313. m B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 80. muſc. t. 2. n 1313.

Veſiculae ſeminales.

1323. Ipſa *veſicula ſeminalis* refert inteſtinum coecum, in glomerem convolutum.

1324. Imae veſicae urinariae ſubjicitur, &, partim inteſtino recto, partim proſtatae, inſidet.

1325. A ſuperiori diductae veſiculae, deorſum ſeſe contingunt ambae, interpoſitis vaſis deferentibus.

1326. A ſuperiori craſſiores veſiculae ſenſim gracileſcunt.

1327. Tota veſicula evolvitur in inteſtinulum, quod replicatum, & celluloſa ligatum, eam conſtituit.

1328. Poſtquam veſicula & vas deferens confluxerunt [o] in unum, ut fit, poſtquam proſtatam ſubierint, mox in canaliculum, in urethram pertinentem, deſinunt.

1329. Qui canales [p], toti diſtincti, à principio modice disjuncti, conveniunt an-

o 1322. Supel. anat. pars alt. 199. 200. p 1328.

angulo valde acuto; ac, deinde ſe contingentes inter ſe, in urethram ſuum quique exitum habent ad colliculum, in urethrae fundo ſupra caput gallinaginis conſpicuum [q].

1330. Semen per vas deferens ad veſiculam ſeminalem deferatur, nec ne, controverſum eſt.

1331. Indicare autem res poteſt, potius ex deferente in veſiculam, utpote conceptaculum, penetraturum, quam ex conceptaculo illo in deferens teſtem verſus, unde certe advenit.

1332. Semen, ut omnes humores in receptaculo repoſiti, ad ſanguinem redire poteſt.

1333. Quae reſorptio [r] robur producit, quo gaudent coelibes; & caſtratio debilitat.

1334. Attamen quoque ſemen extra corpus ejaculatur per inſtrumentum adaptatum.

Penis.

[q] B. S. Alb. ann. ac. l. 4. c. 3. l. 5. c. 1. [r] 1332.

Penis.

1335. *Penis* cylindricus, ex pube pendulus, maris characterem efficit, voluptatisque ſedes, & foecundationis organum.

1336. Semen is [s] ad diſtinctum in foemina locum per vaginam defert.

1337. Illum [t] duo corpora cavernoſa conſtituunt.

1338. Quodque corpus cavernoſum [u] à ramo iſchii adſcendente & deſcendente oſſis pubis ſurgit.

1339. Ad ſe invicem accedunt ambo [v], &, ſibi contigua, decurrunt cylindrica relicto ſulco, tum in ſuperiori, tum in inferiori parte, atque in obtuſiorem finem deſinunt.

1340. Tota [w] denſa, fibroſa, celluloſa, reticularia, medio ſepto foraminulento diviſa.

1341. Haec [x] validum habent involucrum, quod in ſubtilem celluloſām

s 1335. t 1335. u 1337. 1338. v 1337.
w 1339. x 1339.

ſam laxatur, atque nectitur cuti continuatae [y].

1342. Aptum penis extremum, quod in vaginam penetret, & afficiatur, glans eſt.

1343. Bulbus urethrae, ſeu corpus cavernoſum, fibroſum, totum ſpongioſum, tenerius quam illud penis [z], per urethram excurrens, adque apices corporum cavernoſorum penis [a] perveniens, explicat ſe in glandem, & operculi inſtar illis apicibus imponitur.

1344. Glans illa, à ſuperiori ad coronam latior, per latera anguſtata, tota conica, colliculo à reliquo diſtinguitur, qui ab inferiori in binas eminentias, quae exeunti urethrae adſtant, deſinit [b].

1345. Tegit eam [c] extenuata cutis, & per ſubtilem celluloſam cum ſpon-

y B. S. Alb. ann. ac. l. 2. c. 11. l. 4. c. 14. l. 5. c. 1. z 1337. a 1339. b B. S. Alb. ann. ac. l. 3. c. 9. c 1344.

ſpongioſo cohaeret; dum cuticula papillas eminentes tegit, munit.

1346. Cutis cum cuticula ultra glandem continuata, intraque ſe replicata, ad coronam glandis terminatur, ut corticem glandis ulterius inveſtiat firmius.

1347. Ita [d] praeputium naſcitur, quod glandem recondit, tuetur, ſic ut egredi ſinat.

1348. Dum ab inferiori intra valleculas [e] ſurgit fraenulum, quod praeputium [f] coërcet.

1349. Canalis à cervice veſicae coarctatus decurrit, ſub articulo pubis adſcendit, per penis ſulcum inferiorem pergit, donec circa finem glandis aperiatur.

1350. In ortu lata urethra [g], in cylindrum coarctata, iterumque latior, ſenſim diminuta, in glande lateſcit, fine anguſtiore.

1351.

d 1346. *e* 1344. *f* 1346. Supel. anat pars pr. 208. pars alt. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. *g* 1349.

1351. Eandem [b] membranae veſicae interior nerveaque [i] formant.

1352. Intus, ubi à veſica prodit urethra, in cervice ex fundo colliculus ſurgit, ex interiore membrana factus, à poſteriore latior, ovatus, antrorſum in roſtellum productus, ſenſim evanidus.

1353. Caput illud gallinaginis [k], ſeu veru montanum, ovata in parte longa rimâ fiſſum, in coecam caveam ducit.

1354. Qua ſub oſſibus pubis emergit urethra [l], bulbum excipit, qui ſpongioſus concomitatur, donec in glandem [m] explicetur.

1355. Ulterius principio [n] urethrae adſidet proſtata.

1356. Corpus haec [o] glanduloſum, cervici veſicae ab inferiori accumbens, inde per canalem gracileſcit.

1357. Emiſſaria illud [p] dimittit, quae, radiorum inſtar circumcirca in ca-

b 1349. *i* 758. *k* 1758. *l* 1349. *m* 1344.
n 1349. *o* 1355. *p* 1356.

carunculam capitis gallinaginis [q] antrorſum directa, emittunt humorem album, ſpiſſum.

1358. Denique per totam urethram [r] hiant oſcula glandularum minorum, quae muco obliniunt.

1359. Penem ſuſtentat ligamentum ſuſpenſorium, à medio oſſe pubis in penis dorſum protenſum.

1360. Penis, opere peracto, flacceſcit, & mollis fit.

1361. Facitque vis venerea penem ſurgere, erigi, dureſcere, rigeſcere, turgere, calere.

1362. Incitant in venerem ſemen, imaginatio, cupido, quovis ſtimulo excitata.

1363. Sanguine certe in corpora ſpongioſa impulſo, retentoque, ſurgit, erigitur, dureſcit, rigeſcit penis.

1364. Nihil autem ſanguinem impellere [s], impulſumque retinere poterit,

[q] 1353. [r] 1349. [s] 1363.

rit, quam vis venerea, ſtimulusque alius [t].

1365. Neque erectores [u] contendunt, eoque venas comprimunt, per quas ſanguis à corporibns penis nervoſis [v] refluit; neque erigunt, ſed attrahunt jacentem, moventque erectum, magisque tendunt.

1366. Neque parent acceleratores [w], neque erigunt, niſi jam turgente pene [x].

1367. Ut jam ſemen propellatur, ejiciaturque, requiritur voluptas & convulſiva quaedam nervorum contentio.

Foecunditas feminae.

1368. Femina apta nata ad placendum, concipiendum, geſtandum, nutriendum, fovendum, enitendum, curandum.

Mu-

t 1361. 1362. *u* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 8. muſc. t. 3. *v*. 1337. *w* B. S. Alb. hiſt. muſc. l. 3. c. 87. muſc. t. 3. *x* B. S. Alb. ann. ac. l. 2. c. 18.

Muliebria.

1369. Propria feminae ſunt *muliebria.*

Pubes.

1370. Inter inguina media ſedes, pilis obſeſſa, cum eminentiori monte veneris cute, à pinguedine tumidula, tecto, oſſa ab attritu cavet *pubes.*

Virginal.

1371. A pube *virginal*, ſeu vulva, rima longa, transverſa lineâ ad anum deſcendit [z].

Cadurdae.

1372. Illud [a] apte claudunt *cadurdae*, vel labia.

1373. Hae [b], pilis hirtae, tenues, ſibi contiguae, frenulo unitae, pone quod foſſa navicularis, cute mollique pingui formantur.

Cli-

y 1370. z B. S. Alb. ann. ac. l. 7. c. 5. a 1371. b 1372.

Clitoris.

1374. Veneris incitamentum *clitoris*, ſupra leviter prominula, duplici crure ſpongioſo, oſſi pubis inhaerente, imperforata impoſita glande compoſita, à pube dependet.

1375. Glans, ſupra rotundula, infra bifida, nullum proprium corpus cavernoſum habet.

1376. Eam [c] continuata cutis, in praeputium relaxata, frenuloque ligatum, recondit.

Nymphae.

1377. Glandi [d] junctae *nymphae* deſcendunt per latera divergentes, exaequatae, molles, ſpongioſae, rubellae, extenuata cute cum tenui celluloſa factae.

Hymen.

1378. Pone has [e] circularis membrana, *hymen*, ambitu craſſior, centro

c 1375. d 1375. e 1377.

tro tenuior, ſuperiori aperta, oſtium claudit [f].

Carunculae myrtiformes.

1379. Rupti ejus [g] reliquiae, ſeu *carunculae myrtiformes*, anguſtant introitum, redduntque inaequabilem.

Vagina.

1380. A virginali [h], inter veſicam & rectum decurrit *vagina*, introrſus anguſtior, abinde amplior, mollis, laxa, ſpongioſa; ducitque ad uterum [i], cujus cervici inhaeret.

Uterus.

1381. *Uterum*, in pelvi [k] veſicam inter & rectum, à quoque latere ſurgens ligamentum rotundum, ex pelvi in pudendum deſcendens, flexum, mobilem regit.

1382. Ipſe [l] pyriformis, facie arcua-

f B. S. Alb. ann. ac. l. 4. c. 10. *g* 1378. Supel. anat. pars pr. 209. *h* 1371. *i* 1381. *k* B. S. Alb. de ſcel. c. 55. ſcel. t. 1. 2. 3. *l* 381. Supel. anat. pars pr. 212. 213.

cuatus, ſundo fornicatus, in cervicem contractus, intra vaginam [m] oſtio, in papillam producto, patet.

1383. Mox à conceptu, per operam naturae, creſcit uterus, figuram mutat, impleta pelvi ſurgit in ventrem, formâque reſpondet formae ovi, quo impletur [n].

1384. Fabricâque fibroſa, obſequioſa, à graviditate humidior, mollior, poroſior, craſſior, propria vi contractilis uterus, absque orbicularis muſculi neceſſitudine.

Ovaria.

1385. A lateribus uteri [o] pendula, ligamento connexa, *ovaria* ovata, compreſſa, ſub involucro duro in fabrica fibroſa veſiculas limpidas, corporaque glanduloſa, ſeu lutea recondunt.

Tu-

m 1380. n B. S. Alb. ann. ac. l. 5. t. 1. l. 2. c. 5. tab. uteri mul. grav. Supel. anat. pars pr. 214. 215. o 1381.

Tubae.

1386. Praeterea ab utroque uteri [p] angulo canales, à Falloppio nominatae *tubae*, fibroſi, membranacei, anguſtiores, recedendo crispati, lateſcentes, ligamentis latis ſeu alis veſpertilionum annexi, oſculis, intra ornamenta foliacea, amplis in pelvim hiant.

Menſtrua purgatio.

1387. Ex naturae jam lege feminae, conceptioni maturae, ſanguis menſtruus ex muliebri profluit.

1388. Fluunt menſes ex utero, dilatatis vaſis.

1389. Difficulter determinatur; num arteriae, an venae hos [q] fundant.

1390. Quin cauſa hujus fluxus [r] latet.

1391. Videturque naturae lex agnoſcenda, quae feminas prae viris eva-

p 1381. Supel. anat. pars pr. 210. 211. *q* 1388.
r 1387.

evacuationi ſanguineae reddidit obnoxias.

1392. Quaque [s], ſtato termino, ſanguinis juſta copia ad genitale feminae determinatur, & evacuatur certo vitae ſpatio.

1393. Cujus ſanguinis menſtrui [t] natura vix corrupta aut vitioſa cenſeri poterit.

1394. Quando enim primum erumpit [u], nihil corrupti oſtendit, ſed floridus cito coagulatur.

1395. Jamque pro aetate, temperie, habitu corporis, ſolo, tempeſtate anni, victus ratione, exercitatione, aliisque, differt menſtrui ſanguinis quantitas, evacuatio, duratio, initium, periodus, finis.

1396. Differunt ſymptomata, quae praecedunt, concomitantur.

1397. Videnturque menſes [v] virginem conceptioni idoneam declarare.

Sto-

s 1391. t 1387. u 1393. v 1387.

Sterilitas.

1398. Uterque ſexus aliquando ſterilis eſt.

